DIONYSII HALICARNASSENSIS

SCRIPTORUM RHETORICORUM FRAGMENTA

COLLEGIT, DISPOSUIT, PRAEFATUS EST

CAROLUS THEODORUS ROESSLER
MITWEIDENSIS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS SCRIPTA.

LIPSIAE
TYPIS EXPRESSIT C. GRUMBACH.
MDCCCLXXIII.

JUSTO HERMANNO LIPSIO

PIETAS.

Cum inter hujus aetatis philologos vix cuiquam dubium sit, quin ad recte aestimanda atticae eloquentiae monumenta summum adjumentum nobis extet in Dionysii Halicarnassensis scriptis rhetoricis, tamen post Sylburgii et Reiskii operam in verborum textu ad leges criticae artis emendando et constituendo collocatam, praeterquam quod Herwerden e codicibus maxime italicis tres Dionysii epistolas edidit, paene nihil profectum est. Quoniam recentissima maxime virorum doctorum specimina[1]) denuo declararint, quanto fructu etiam nostrates critici et interpretes graecorum oratorum judicio Dionysii utantur, vix pluribus verbis opus est quibus per excusationem quandam ostendamus non sine jure aliquo nos in colligenda et disponenda Dionysii rhetoris fragmenta contulisse studium et operam. Atque viam quandam hujus commentationis nobis praeivit quem modo laudavimus Fr. Blassius in dissertatione de Dionysii Halicarnassensis scriptis rhetoricis quam edidit Bonnae anno CIƆIƆCCCLXIII. Cum accurate et sollerter disputaverit, saepius ejus laudandi in hac quaestione nobis locus erit. Non multum nos adjuverunt qui ante Blassium in Dionysii Halicarnassensis scripta rhetorica inquisiverunt; praesto mihi fuerunt hi libri: A. G. Beckeri versio libri Dionysiani de

[1]) In amino habeo Friderici Blassii potissimum scripta: de Graecorum ab Alexandri aetate usque ad Augustum eloquentia, qui liber prodiit anno MDCCCLXV, et atticae eloquentiae ab Gorgia usque ad Lysiam enarrationem quae prodiit tribus annis post.

Demosthene MDCCCXXXIX, qui quaestionem de tempore scriptorum rhetoricorum primus breviter in praefatione tetigit.

C. J. Weismanni de D. H. vita et scriptis dissertatio MDCCCXXXVII, Rintelii.

Aeque atque Weismannus in Beckeri judicio nititur Fr. Jacobsius in Halensis encyclopaediae S. I. vol. XXV.

Sequuntur scriptorum Dionysii editiones: H. A. Schottii editio artis Dionysii quae vulgo fertur rhetoricae, Lipsiae MDCCCIV.

God. Schaeferi editio Dionysiani libri περὶ συνθέσεως ὀνομάτων MDCCCVIII.

Omnium Dionysii H. scriptorum editiones: Sylburgii, Francofurti MDLXXXVI, J. J. Reiskii, Lipsiae MDCCLXXVII, et editio stereotypa quae textum Reiskii non satis accurate repetiit, Tauchnitiana MDCCCXXV.

Non inspicere potuimus editionem Grosii Parisini quam laudibus effert Weismannus, non magni facit Blassius, neque adepti sumus Fr. Rankii ad A. Ziemannum epistolam praemissam dissertationi hujus de bello Philippi Olynthiaco MDCCCXXXII; in qua — sunt Blassii haec verba — „quamquam pauca tantum quae huc pertinerent attigit, egregie tamen protulit de eis et acute inventa."

Librorum quibus in singulis hujus disquisitionis partibus usus sum mentionis faciendae infra locus erit.

Fragmenta igitur si nobis proposuimus componere, primo loco ea quaestio tractanda est, quo ordine singula Dionysii scripta rhetorica et quae servata et quae amissa sunt inter se subsecuta esse putanda sint, ut rationem et legem quandam habeamus qua quas deperditorum librorum invenerimus reliquias disponamus. Accurate unus hanc quaestionem Blassius in laudata dissertatione instituit, ita ut nobis videndum fuerit qua ex parte illius dispositionis vestigia aut sequenda aut vitanda sint. Quaecunque autem recte nobis Blassius videtur statuisse, hoc loco non denuo retractabimus, sed ea tantum tractabimus, in quibus ut nobis

videmur non injuria contra illius sententiam disputaturi quaestionem de tempore quo singuli libri scripti sint repetemus. Sed existimamus etiam a nobis recte praemoneri quae ille vir doctus de ratione quaestionis de singulorum scriptorum tempore et ordine instituendae stabilivit: omnem argumentandi et concludendi materiem solum petendam esse ex ipsius Dionysii testimoniis quae in servatis ejus libris extent, utique vero abstinendum conjecturis quas quis ut ex vita auctoris satis altis tenebris obruta et ex loci natura quo aliquo temporis momento Dionysius poterat commorari faceret Weismanni exemplo facile, puto, deducatur. Itaque nos quoque seponamus omnem de vita Dionysii disputationem, quae cum diligentem cognitionem etiam historicorum scriptorum postularet, ne virium nostrarum et propositi finis terminum transgrederetur verebamur. Ut etiam hoc praemittam: quod Blassius inter rhetorica Dionysii scripta ea discernit quorum mere rhetoricum et quorum criticum magis et philologicum, ut ait, argumentum est, haec futilis divisio est, quam nemo prospero eventu sequetur. Absoluta de singulorum librorum tempore quaestione ascribemus quae invenimus fragmenta et addemus quae ad explicanda illa necessaria videntur esse.

Atque primo loco cum Blassio litigare de tempore debemus, quo existimat Dionysii de compositione verborum librum confectum esse. Dionysius igitur ipse hujus operis mentionem fecit in libri de Demosthene c. 49 p. 1106 R.: *εἰ δέ τις ἀπαιτήσει καὶ ταῦτ᾽ ἔτι μαθεῖν ἃ μή ποτ᾽ ἔδει τοὺς ὑπομνηματισμοὺς ἡμῶν λαβὼν οὓς περὶ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων πεπραγματεύμεθα πάνθ᾽ ὅσα ποθεῖ τῶν ἐνθάδε παραλειπομένων εἴσεται* et cap. 50 p. 1111 R.: *τὰς δὲ περὶ τούτου τοῦ μέρους πίστεις ἐν τοῖς περὶ τῆς συνθέσεως γραφεῖσιν ἀποδεδωκὼς οὐκ ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι κἀνταῦθα λέγειν.* Sequitur ex his verbis opus Dionysii de compositione verborum confectum esse et in lucem editum, priusquam haec de Demosthene conscriberentur. Sed his quos ascripsimus locis tertium opponit Blassius ex libello de compositione assumtum qui est p. 118 R.: *ὑπὲρ ὧν ἑτέρωθί μοι δηλοῦται σαφέστερον.* Agitur enim eo loco de

Platone, qui in elocutione inferior sit Demosthene. Jam Blassius de script. rhet. p. 9 sic ratiocinatur: verba ὑπὲρ ὧν ἑτέρωθι κτλ. utique aliud quid significare non possunt nisi hoc: „in alio libro mihi conscripto de his exponitur.“ Jam Dionysius uno in libello περὶ τῆς λεκτικῆς δεινότητος Δημοσθένους, qui liber nobis servatus est, illud de Platonis elocutione argumentum fusius persecutus est — etenim post conscriptam demum hanc commentationem sententiam quam de Platonis elocutione tenuit, tertio Dionysius defendit in epistola ad Pompejum. Ergo libellus περὶ τῆς λεκτικῆς δεινότητος confectus est ante commentationem περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, editus tamen post eam. Nos quidem his argumentis in eandem sententiam non adducti sumus. Primum enim non possumus concedere illud ὑπὲρ ὧν κτλ. membrum utique non aliter posse intelligi atque Blassius voluit, qui ubi dicit: „in conscripto libello id explicatur“, illo additamento: „conscripto“ per ambages infert notionem temporis perfecti in δηλοῦται vocabulum, quod est tempus praesens. Idem igitur sibi concessit Blassius, quod aliis, scilicet A. G. Beckero, negat facere licere; is enim δηλοῦται per futuri temporis significationem interpretatus est. Nobis δηλοῦται est praesens et servat ejus notionem: Dionysius cum verba p. 118 R. ὑπὲρ ὧν ἑτέρωθί μοι δηλοῦται σαφέστερον conscriberet, non sine animi quadam alacritate se ipse ea jam intuebatur conficientem et exponentem, quae futuro demum tempore persecutus est. Itaque certum est, si quidquam aliud, confectum et editum esse de compositione librum ante libellum de Demosthene. Dionysius ubi in lucem edidit librum περὶ λεκτικῆς δεινότητος, libellum de compositione jam in omnium manibus fuisse necesse est. Et si faciamus, Dionysium in conscribendo vel edendo opere de Demosthene precibus Rufi Melitii librum de compositione flagitantis interruptum esse, id quod tamen veri simile non est, cur tum tandem in ipso libello de compositione non poterat diligentius ut debuit eum locum significare ubi de eadem re fusius tractaret, qui quocunque in scripto de eadem materie acturus est de qua jam antea egit accuratissime

semper solet locum significare ubi id fecerit? Et habemus sane exemplum quo videmus materiem aliquam ab Dionysio dilatam, ut aliud opus posset juris publici facere: cfr. init. tractatus de Thuc. p. 812 R. *ἀναβαλόμενος τὴν περὶ Δημοσθένους πραγματείαν ἣν εἶχον ἐν χερσὶν ὑπεσχόμην τε ποιήσειν ὡς προῃροῦ καὶ τελέσας τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδίδωμι.* Cur, quod potuit et debuit eadem ratione sive initio sive laudato loco libri de compositione non monuit Dionysius sese confectionem illius libri de Demosthene, qui propinquum quoddam argumentum tractaret, nunc in tempus distulisse ut posset de compositione agere? Sed juvare videtur sententiam nostram etiam illa trium compositionis generum definitio quam habemus et in libri de compos. cap. XXI et seq. p. 145 R. et in libri de Demosthene cap. XXXVI et seq. p. 1065 R. Quos duos locos si quis diligentius inter se comperarit, eum vix fugisse puto multo maturiorem ut ita dicam fructum Dionysii de verborum compositione studiorum aperte esse ea quae dixit illo tractatus de Demosthene loco; ex Blassii sententia haec expositio alteri praecessisset quae multo brevior est in argumentis enarrandis notionibusque circumscribendis, multo minus perpolita et perfecta, in judiciis statuendis multo magis dubia et incerta. Itaque ut repetam: scriptus et editus est de compositione liber ante librum de Demosthene. Sed cum Blassius quam modo refutavimus de praesente *δηλοῦται* sententiam suo jure etiam in aliorum Dionysii scriptorum tempore definiendo fortiter tenuerit, ne nos quidem facere possumus quin hoc statim loco nostram sententiam persequamur. Atque priore loco agendum videtur de tertio quodam tractatu quem praeter libros *περὶ λεκτικῆς* et *περὶ πραγματικῆς δεινότητος* de Demosthene scripsisse Dionysium in singularum illius orationum vel tempus vel genuinam originem inquirentem, secutus Rankium virum doctum Blassius l. l. p. 12 et seq. probavit. Locos non paucos, ex quibus illud apparet, vel ex aliorum vel ex Dionysii scriptis allatos nolo hoc loco repetere praeter illa quae leguntur de Dem. c. 57 p. 1127 R. *εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς καὶ φορτικαὶ καὶ ἄγροι-*

κοι κατασκευαί, ὡς ἐν τοῖς . . . . . ἐν ἄλλοις τε συχνοῖς οὓς ὁ Δημοσθένης οὐκ ἔγραψεν ἐν ἑτέρᾳ δηλοῦνταί μοι πραγματείᾳ τὰ περὶ Δημοσθένη, verba extrema quae sine dubio corrupta sunt nos quidem ut breves simus ita emendarimus: ἐν ἑτέρᾳ δηλοῦταί μοι πραγματείᾳ omissis vocabulis τὰ περὶ Δημοσθένη quae nobis molestum additamentum videntur esse. Sed utut haec scribenda sunt, Blassius p. 13 ex his concludit respicere scriptorem ad librum jam compositum, quo exposuerit de orationibus Demostheni falso ascriptis. Ne hoc quidem loco assentiri possumus: credimus compositum et scriptum esse librum de Demosthenis vi dicendi antequam Dionysius edidit librum de ejus orationibus genuinis spuriis. Tertius locus, ubi cum Blassio praesens δηλοῦται interpretante facere non possumus, pertinet ad Isaeum. Num peculiaris liber de Isaei orationibus an commentatio de auctoritate titulorum quos habent non accuratos orationes intelligenda sit, cum Dionysius de Isaeo cap. II. p. 589 R. haec habeat: οὐκ ἂν διαγνοίη τις ῥαδίως πολλοὺς τῶν λόγων ὁποτέρου τῶν ῥητόρων εἰσίν, ἀλλὰ παρακρούσεται ταῖς ἐπιγραφαῖς οὐδαμῶς ἀκριβῶς ἐχούσαις, ὡς διὰ ἰδίας δηλοῦταί μοι γραφῆς, hoc, dico, ambigi potest. Sed fallitur Blassius p. 16 qui illa verba accipit de libello jam conscripto. Equidem ex illo tempore praesenti δηλοῦται nihil aliud concludam nisi Dionysium tum temporis in scribendo illo tractatu versatum esse, ita ut postquam edidit tractatum qui servatus est de Isaeo tum majore vel minore temporis spatio intermisso publici juris faceret illum qui non jam extat sive de Isaei orationibus sive de inscriptionibus non accuratis librum. Fragmenta quae ad alterumutrum argumentum spectent nulla invenimus. — Fortasse de neutra re peculiarem commentationem scripsit, sed tractavit eas res quasi πάρεργον una in libro de Lysiae orationibus pseudepigraphis ubi optimus erat locus dicendi de multis orationibus quae utrum essent Lysiae an Isaei neque facile ex utriusque oratoris genere dicendi quippe simillimo neque ex fallacibus orationum inscriptionibus statui poterat. Sed instat necessitas properandi ad Dionysii opus περὶ ἀρχαίων ῥητόρων, de quo Blassius

quamquam plurima p. 10 et seqq. cum assensu nostro disputavit, non tamen tempus singularum ejus libri partium recte stabilivit. Brevitatis causa ipsius verba p. 11 extr. ascribemus: „cum con„tinuo scribens — absolutis igitur de Lysia Isocrate Isaeo quae „servata sunt judiciis — pervenisset ad Demosthenem, in longiores „quaestiones incidens taedio destitit in praesens ediditque quae ad„huc scripserat separatim. Haec enim ex fine libri de Demosthene „procul dubio concluduntur; at de Isaeo libri finis ita comparatus „est ut illico transitum fecisse putandus sit rhetor ad Demosthenem. „Secunda igitur σύνταξις, si eam partitionem tum etiam retinuit, „finiebatur in primo tractatu de Demosthene, quae insequebatur „tertia τὴν πραγματικὴν Δημοσθένους δεινότητα complexa est.“ Sane libenter concedimus: uno tempore videri scriptas esse commentationes de Lysia de Isocrate; concludam id ex verbis quae sunt in exeunte tractatu de Lysia: ἕπεται δὲ τῷ ῥήτορι τούτῳ κατὰ τὴν τάξιν τῶν χρόνων Ἰσοκράτης. περὶ δὴ τούτου λεκτέον ἐφεξῆς ἑτέραν ἀρχὴν λαβοῦσιν. Non prorsus eadem res est in statuendo tempore commentationum de Isocrate et de Isaeo. Sub finem enim tractatus de Isocrate p. 585 R. Dionysius haec habet: ἔχοι δ᾽ ἄν τις καὶ ἄλλα πρὸς τούτοις λέγειν, ἐξ ὧν ὁ χαρακτὴρ τοῦ ῥήτορος ἔσται καταφανής· ἀνάγκη δ᾽ ἴσως στοχάζεσθαι τοῦ χρόνου, ex quibus nemo pro certo concludere ausus sit Dionysium postquam haec de temporis angustiis scripsit illico transitum fecisse ad Isaeum. Inde enim quod in libris manuscriptis haec scripta inter se subsequuntur, in nostram quaestionem argumenta nulla peti possunt. Sed nobis quoque veri simile videtur continuo scripsisse Dionysium commentationes de Lysia Isocrate Isaeo, maxime ob ea verba quae sunt sub finem judic. de Isaeo p. 629 R.

At uno item tempore quo haec de Lysia Isocrate Isaeo judicia componebantur conscriptum esse librum de vi dicendi Demosthenis, hoc negare debemus. Ascribo ipsa verba loci modo laudati jud. de Isae. c. XX. p. 629: καὶ περὶ τούτων μὲν ἅλις. ἑτέραν δὲ ἀρχὴν ποιήσομαι τοῦ λόγου περί τε Δημοσθένους καὶ Ὑπερείδου καὶ τρίτου λέγων Αἰσχίνου. Opponuntur igitur inter se

quasi separatae duae totius operis partes: judicia de Lysia Isocrate Isaeo et tractatus de Demosthene Hyperide Aeschine. Hanc quam sibi proposuerat Dionysium partitionem tenuisse concluditur ex verbis initii tractatus de Dinarcho quae haec sunt: *περὶ Δεινάρχου τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἰρηκὼς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχαίων γραφεῖσιν, διὰ τὸ μήθ' εὑρετὴν ἴδιον γεγονέναι χαρακτῆρος τὸν ἄνδρα ὥσπερ τὸν Λυσίαν καὶ τὸν Ἰσοκράτην καὶ τὸν Ἰσαῖον, μήτε τῶν εὑρημένων ἑτέροις τελειωτὴν ὥσπερ τὸν Δημοσθένην καὶ τὸν Αἰσχίνην καὶ Ὑπερείδην ἡμεῖς κρίνομεν.* Itaque nos credimus Dionysium postquam dixit quae de Lysia Isocrate Isaeo habuit in tempus destitisse, postea spatio aliquo intermisso ad alteram partem accessisse et scripsisse librum qui servatus est *περὶ λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος.* Atque finis hujus tractatus, id quod libenter concedo Blassio, ita comparatus est, ut videatur Dionysius inde non illico transgressus esse ad commentationem *περὶ πραγματικῆς Δημοσθένους δεινότητος* scribendam. Hoc pro certo scimus: auctorem perfecisse illam de Demosthene quaestionem postquam scripsit peculiarem de Thucydide librum, judicia de Aeschine Hyperide antequam ad tractatum quem scripsit de Dinarcho accederet. — Ut cetera Dionysii scripta rhetorica et quae etiamnunc habemus et quae deperdita sunt nunc omittamus, supremo loco liceat paulo fusius dicere de Dionysii quae vulgo fertur arte rhetorica.

Inquisiverunt in eam — quae legitur in Reiskii editionis vol. I. pagg. 225—414 — partim accuratius partim levius tres potissimum viri docti: dico Schottium in editione artis quam jam supra una cum Weismanni dissertatione laudavimus, Weismannum, Blassium de script. rhet. p. 24 et seqq. Suum sibi de illa arte judicium parere et fructu neque labore caret, ut libere profitear. Nolumus singulorum singulas quasque sententias quae jam refutatae aut dudum comprobatae sunt afferre; praestat quam brevissime quae inita diligenter quoad poteramus quaestione nobis maxime probabilia visa sunt proponere. Atque primo loco praeterire non debemus quae primus vidit Schottius p. XXVI., non unum et integrum librum in arte vulgo rhetorica

nominata extare, sed quattuor esse partes primarias cum argumento tum indole prorsus inter se diversas, ita quidem ut prima commentatio contineat breves περὶ ἐπιδεικτικῶν tractatus — capp. I, II, III, IV, V, VI, VII — altera comprehendatur capitibus VIII et IX, quae agunt de figuratis orationibus, tertia capite X vitia in declamationibus percenseat, quarta capite XI doceat, quae potissimum observanda sint in orationum examine. Item in propatulo est singulas illas partes quattuor et ipsas esse fragmenta neque ad unum absolutum integrumque libellum pertinere, id quod recte contra Weismannum tenet Blassius p. 25.

Plura de tota hac commentationum congerie non statuenda sunt priusquam singulas eas paulo accuratius contemplati erimus. Prima igitur pars continet tractatus περὶ ἐπιδεικτικῶν omnes ut videtur dedicatos scriptoris discipulo quondam amico Echecrati. Sunt epistolae, quas ad se missas Echecrates, postquam maxime in exordiis paulum mutavit, in publicum edidit. Itaque de est in primo de panegyricis orationibus capite initium, quale in epistola non facile desideratur; debuit enim auctor paucis certe praefari sese compluribus epistolis de demonstrativi generis orationibus acturum esse. Desideramus eam quidem notitiam initio capitis primi, si quidem id vere primum fuisse judicandum est, neque quod multo probabilius est amissa nobis sunt alia capita, quae hoc de panegyricis orationibus caput praegressa sint. Cur ita judicemus, dicendae causae infra locus erit. Epistola de panegyricis orationibus, quod nunc est caput primum separatim scripta est neque eodem tempore quo caput secundum, id quod concluserim ex initio cap. II. p. 233 R. Sed ex ejusdem loci verbis concludo pro dono nuptiali unam missam scriptamque esse epistolam quae continetur capite altero; non eodem igitur tempore accepisse mihi Echecrates videtur hanc et tertiam dissertationes: capita, dico, secundum et tertium. Inde quod caput tertium habet illud initium: ἐχόμενος δέ σοι τούτου, Schottio probatur eodem tempore accepisse Echecratem utrumque tractatum, sed malim illa: ἐχόμενος κτλ. esse addita ab editore Echecrate, qui

omiserit epistolae illius quae hoc caput tertium continuit initium, quod fortasse auctoris habuit familiarem quandam appellationem. Et fac scripta esse uno tempore capita secundum et tertium, tamen non dubium est, quin auctor qui donum nuptiale pararet amico transitum ad γενεθλιακὸν λόγον per illud ἑχόμενος δέ σοι τούτου vix facturus fuerit. Item non minus divorso tempore composita et missa sunt capita tertium et quartum, quod probarim ex initio capitis IV. Omnes igitur tres illae epistolae secunda, tertia, quarta, id quod tenendum est contra Weismanni et Blassii sententias, suo separatim tempore scriptae sunt, quas ob editionem sub initio paulum circumcidit Echecrates hic illic ad transitum quendam parandum addens: ἐχόμενος δὲ τούτου vel ἀκόλουθος δὲ τούτου. Quot fere totius hujus περὶ ἐπιδεικτικῶν libri partes vel epistolae intercidisse existimandae sint intelligemus, ubi contulerimus Menandri librum περὶ ἐπιδεικτικῶν — Spengel Rh. Gr. III. p. 368 — id quod recte observavit Blassius p. 25.

Jam sequuntur, ut omittamus repetere quae pleraque recte de pseudodionysiana illorum septem capitum (I—VII) origine ab Blassio disputata sunt, de figuratis actionibus tractatus duo: capita octavum et nonum de quorum auctore viri docti multum dubitaverunt. Schottius priorem tractatum Dionysio vindicat, alterum ab eo rejicit, Weismannus et Blassius utrumque ab Halicarnassensi abjudicarunt petieruntque sententiae suae causas maxume ex argumento, quod illarum commentationum est. Figuratarum actionum doctrinam quae illic exponatur dicunt perversissimam esse et Dionysio prorsus indignam. Nos in eandem sententiam non adducti sumus. Non quaerendum enim primo loco est, quid unusquisque perversum quid indignum viro quodam esse censeat, immo praeter cetera haec quaestio tractanda est, num tum temporis quo vixit Dionysius ejusmodi doctrina qualis proponitur cap. VIII. initio proponi omnino potuerit. At negari non potest facillime potuisse fieri ut ea doctrina quae Hermogenis aetate jam invaluerat Dionysii tempore primum nasceretur. Hermogenes rhett. gr. edid. Spengel vol. II. p. 258

quae habet περὶ τῶν ἐσχηματισμένων προβλημάτων verba si quis contulerit cum eis, quae cap. VIII. initio disputantur, vix is contenderit Dionysii, quem negat scripsisse Blassius, verba aetate esse recentiora quam Hermogenis. Praeterea sermo est utique Dionysio dignus: insunt judicia non pauca satis acuta, quae Dionysio prorsus conveniunt. — Exemplum liceat addere unum; ascribo locos tres: artis igitur cap. IX. p. 351, Dionysii de Thuc. c. 53 p. 944, epist. ad Amm. I. c. 4 p. 725 R.

p. 351.

. . . ἔν τε περὶ Συμμοριῶν ἐπιγραφομένῳ λόγῳ ὅσπερ λόγος εἰκότως ἂν καὶ δικαίως ἐπιγράφοιτο περὶ τῶν βασιλικῶν ἐν τῷ πρῶτος καὶ μόνος παραστὰς ἀντειπεῖν, sequuntur verba orationis περὶ Συμμοριῶν, paulo infra: μιμεῖται γὰρ ἐνταῦθα τὸν Ἀρχίδαμον τὸν Θουκυδίδου.

p. 725.

ἐν Ἀθηναίοις πρώτην εἶπε δημηγορίαν, ἣν ἐπιγράφουσιν οἱ τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συντάξαντες περὶ τῶν Συμμοριῶν ἐν ᾗ παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους μὴ λύειν τὴν πρὸς βασιλέα γενομένην εἰρήνην . . .

p. 944.

ῥητόρων δὲ Δημοσθένης μόνος ὥσπερ τῶν ἄλλων ὅσοι μέγα τι καὶ λαμπρὸν ἔδοξαν ποιεῖν ἐν λόγοις οὕτω καὶ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἐγένετο κατὰ πολλά, sequuntur exempla depromta orationi περὶ Συμμοριῶν. —

Ut ad reliquos artis quae vulgo dicitur rhetoricae Dionysii tractatus pergamus, capita decimum et undecimum ab Dionysio auctore abjudicari non possunt neque solum propterea, quod auctor in eis mentionem fecit libri quem scripturus esset περὶ μιμήσεως paragrapho sexta, sed ne ab Dionysii quidem prudenti et dilucida tractandi ratione argumentique electione abhorret. Scripsit igitur, ut hoc addamus, caput decimum antequam ad componendum περὶ μιμήσεως librum adiit, cfr. Schottium p. XLVII. At restat alia quaedam et gravior quaestio. Quintilianus in instit. orat.

lib. III. 1, 16 haec narrat: „Ars est utriusque — Isocratis et „Aristotelis —, sed pluribus eam libris Aristoteles complexus „est. Eodem tempore Theodectes fuit, de cujus opere supra „dictum est. Theophrastus quoque Aristotelis discipulus de rhe-„torice diligenter scripsit atque hinc vel studiosius philosophi „quam rhetores praecipueque Stoicorum ac Peripateticorum prin-„cipes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam „plurimi sunt secuti: cui maxime par atque aemulus videtur „Athenaeus fuisse. Multa post Apollonius Molon, multa Areus, „multa Caecilius et Halicarnassensis Dionysius.“ Non sine consilio plura quam vulgo solent afferri verba hujus loci ascripsi. Etenim pro certo ex his conclusit non solum Blassius p. 24, sed etiam Burckhardtus in Caecilii rhetoris fragmentorum collectione, quae prodiit Basileae MDCCCLXIII, p. 46, et Caecilium et Halicarnassensem peculiares de arte rhetorica scripsisse libros, quod quamquam probabile per se est, tamen fieri potuit ut, etiamsi multum operae in artis studio collocarent, tamen ea quae vidissent non peculiari *τέχνης* libro ederent. Neutrum vero neque quod Blassius vult neque quod nos proponimus per se ex tam universe dicta significatione: „multa Caecilius et Dionysius“ evinci potest, sed nos nostrae interpretationis utpote qui malimus de singulis quibusdam commentationibus cogitare, causam aliquam habere nobis videmur, quod etiamnunc inter Dionysii scripta extant duo ejusmodi commentationes caput X.: *περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων* et caput XI.: *περὶ λόγων ἐξετάσεως*. Etenim si scripsisset, quod nos infitiamur, Dionysius peculiarem quam dicunt *τέχνην*, non intelligimus, cur illa quae ad artem ipsam spectarent propriis tractatibus exposuerit neque tamen ad technen, quam aut scripserat aut scripturus erat, provocarit quippe qui libri *περὶ μιμήσεως* oblitus non sit justam facere mentionem. Atque artis rhetoricae commemorandae ubique erat necessitas in ejusmodi singulis tractatibus et puto ad talem aliquam deperditam commentationem etiam pertinere quae nobis Joannes Tzetzes et Gorgias Pletho tradunt.

Ordo rhetoricorum Dionysii scriptorum, ut breviter quae diximus repetamus, quoad nobis a Blassii sententia recedendum arbitrabamur esse, hic est:

1. Epistola ad Ammaeum I.
2. De compositione verborum.
3. Judicia de Lysia, Isocr., Isaeo.
4. De Demosthenis vi dicendi.
5. Epistola ad Pompejum.
6. De Demosthenis orationibus genuin. spur.
7. Artis quae vulgo dicitur rhetoricae capita X. et XI.
8. De imitatione libri tres.
9. De Thucydide.
10. Epistola ad Ammaeum II.
11. *Περὶ πραγματικῆς Δημοσθένους δεινότητος*, de Aeschine, de Hyperide.
12. De Dinarcho.

Fragmenta.

Περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων.

Vix denuo monendum est, id quod fecimus p. 24, illius satis ampli operis *περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων* servatam esse nobis primam syntaxin i. e. judicia de Lys. Isocr. Isaeo, deinde ad nos pervenisse tractatum de vi dicendi Demosthenis, cujus deperditum est initium. Exhibitam fuisse in eo Demosthenis vitam, ut in ceteris oratoribus Dionysius fecit, conjecit Blassius p. 12, id quod per se veri dissimile non est, sed probari non potest; tum exordium expositionis de prosae orationis generibus de austeri generis primordiis tractans atque inprimis de Gorgia secutum est.

Vitae Demosthenis a Dionysio enarratae — si quidem enarravit eam — fragmentum extat nullum. De aetate et vita Demosthenis nonnulla tradidit Dionysius in epist. ad Amm. I. cap. III.: *ὅσα παρέλαβον ἐκ τῶν κοινῶν ἱστοριῶν.* — Atque epistolam ad Ammaeum I. libris de Demosthene esse antiquiorem supra jam vidimus. Num tamen in eodem Demosthenis anno natali, ut hoc unum exemplum ex multis afferam, illa in deperdita Demosthenis vita constiterit, nescimus. Sed nobis veri simile videtur non initio tractatus de vi dicendi Demosthenis, sed commentationis de orationum Demosthenicarum origine vitam Demosthenis fusius Dionysium enarrasse, quam in epist. ad Amm. I. enarravit.

Quod utut est, mutilatum nunc initium commentationis de vi dicendi Demosthenis praegressam esse longiorem quandam definitionem grandis quod dicitur dicendi generis [1]), apparet ex fine cap. II. p. 958 R., ubi Dionysius postquam absolvit tenue dicendi genus haec habet: *δύο μὲν δὴ χαρακτῆρες οὗτοι λέξεως τοσοῦτον ἀλλήλων διάφοροι κατὰ τὰς ἀγωγάς· καὶ ἄνδρες οἱ πρωτεύσαντες ἐν αὐτοῖς οὓς διεξῆλθον.* Unde pro certo concluditur in eis quae nunc deperdita sunt nominasse et enarrasse Dionysium etiam eos qui in grandi genere excelluerunt oratores vel primi elaborarunt atque primo loco Gorgiam, quem Blassius p. 58 libri de attica eloquentia nisus maxime Dionysii verbis de Demosth. cap. IV.: (*ἡ Ἰσοράτους λέξις*) *τῆς Θουκυδίδου καὶ Γοργίου τὴν μεγαλοπρέπειαν καὶ σεμνότητα καὶ καλλιλογίαν ἀνείληφεν* e. qu. s. illius dicendi generis inventorem esse conjecit. Fragmenta nulla extant commentationum *περὶ πραγματικῆς Δημοσθένους δεινότητος*, de Aeschine, de Hyperide. Quid de Hyperide oratore judicarit Dionysius, concludi potest ex locis nonnullis tractat. de Dinarcho capp. V. VI. VII. p. 639, 640, 641, 643 de vett. script. cens. c. VI. p. 434. Aeschinis laudem vide de Dem. p. 1063, de vett. script. cens. c. V. p. 434, refutatur Aeschinis malignum de Demosthene judicium de Dem. cap. 55. p. 1122; laudatur, ita ut verba ipsa afferantur, oratio contra Ctesiphontem de Dem. cap. 35. p. 1064 R.

Fragm. I. Maximus Planudes Walz rhett. gr. vol. V. p. 548 seqq. [2])

Διονύσιος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ χαρακτήρων περὶ Γοργίου λέγων τάδε φησίν· δικανικοῖς μὲν οὖν οὐ περιέτυχον αὐτοῦ λόγοις δημηγορικοῖς

---

[1]) Discernit enim, id quod cum ex multis aliis locis, tum ex hujus tractatus mutilato initio consequitur, Dionysius genera dicendi tria, quorum primum est: *λέξις ἡ ἐξηλλαγμένη καὶ περιττή*, alterum: *ἡ λιτὴ καὶ ἀφελής*, tertium: *ἡ μικτή τε καὶ σύνθετος ἐκ τούτων τῶν δυοῖν*. Sunt latinorum fere genera dicendi: grande, tenue, mixtum, sed vide Blassii graec. eloquent. p. 10.

[2]) confer: Saupp. orr. att. II. p. 130 et seq., Spengel *συναγ. τεχν.* p. 78 et seq.

δὲ ὀλίγοις καί τισι καὶ τέχναις τοῖς δὲ πλείοσιν ἐπιδεικτικοῖς·[1]) τῆς δὲ ἰδέας αὐτοῦ τῶν λόγων τοιοῦτος ὁ χαρακτήρ· ἐγκωμιάζει δὲ τοὺς ἐν πολέμοις ἀριστεύσαντας Ἀθηναίων·[2]) Τί γὰρ ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις ὧν δεῖ ἀνδράσι προσεῖναι; τί δὲ καὶ προσῆν ὧν οὐ δεῖ προσεῖναι; εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δ' ἃ δεῖ, λαθὼν μὲν τὴν θείαν νέμεσιν, φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον. οὗτοι γὰρ ἐκέκτηντο ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετήν, ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητόν, πολλὰ μὲν δὴ τὸ πρᾷον ἐπιεικὲς τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες, πολλὰ δὲ νόμου ἀκριβείας λόγων ὀρθότητα τοῦτον νομίζοντες θειότατον καὶ κοινότατον νόμον τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν καὶ ἐᾶν καὶ δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιστα ὧν δεῖ, γνώμην καὶ ῥώμην τὴν μὲν βουλεύοντες τὴν δὲ ἀποτελοῦντες, θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων, αὐθάδεις πρὸς τὸ συμφέρον, εὐόργητοι πρὸς τὸ πρέπον, τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης παύοντες τὸ ἄφρον τῆς ῥώμης, ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς, κόσμιοι εἰς τοὺς κοσμίους, ἄφοβοι εἰς τοὺς ἀφόβους, δεινοὶ ἐν τοῖς δεινοῖς. μαρτύρια δὲ τούτων τρόπαια ἐστήσαντο τῶν πολεμίων· Διὸς μὲν ἀγάλματα αὐτῶν δὲ ἀναθήματα, οὐκ ἄπειροι οὔτε ἐμφύτου ἄρεος οὔτε νομίμων ἐρώτων οὔτε ἐνοπλίου ἔριδος οὔτε φιλοκάλου εἰρήνης, σεμνοὶ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ, ὅσιοι δὲ πρὸς τοὺς τοκέας τῇ θεραπείᾳ, δίκαιοι μὲν πρὸς τοὺς ἀστοὺς τῷ ἴσῳ, εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίστει. τοιγαροῦν αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος οὐ συναπέθανεν, ἀλλ' ἀθάνατος ἐν ἀσωμάτοις σώμασι ζῇ οὐ ζώντων.

σεμνὰς γὰρ ἐνταῦθα συμφορήσας λέξεις ὁ Γοργίας ἐννοίας ἐπιπολαιοτέρας ἐξαγγέλλει τοῖς δὲ παρίσοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις καὶ ὁμοιοκατάρκτοις καλλωπίζων διόλου προσκόρως τὸν λόγον.[3])

---

[1]) Suidas s. v. Γ.: συνεγράψατο πολλά. Doxopater homil. W. II. p. 122: Γοργίας τε πανηγυρίζων μόνον εἰδὼς ῥήτωρ καὶ αὐτὸς ἤκουε. Blass. attic. eloqu. p. 53 et seq. Inter singula Gorgiae scripta rhetorica (τέχναι τινές) referendum est illud περὶ καιροῦ quod male vult Blassius fuisse hymnum cfr. Dion. de compos. p. 68 R.

[2]) Vide Blassii hujus epitaphii explicationem attic. eloqu. p. 61 et seq.

[3]) Cfr. Hermogenem περὶ ἰδεῶν Sp. Rhett. gr. II. p. 395: φαίνεται δὲ λόγος δεινὸς οὐκ ὢν τοιοῦτος . . . ὁ τῶν σοφιστῶν λέγω τῶν περὶ Πῶλον καὶ Γοργίαν καὶ Μένωνα καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς οὐκ ὀλίγων ἵνα μὴ λέγω πάντας.

Fragm. II, Tzetzes Schol. ad Chil. VI. 7. (Cram. Anecd. Oxon. III. 367):

Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς φησιν· ἁγνεύεται τὸ στόμα τῷ Δημοσθένει. [1])

Περὶ Δημοσθένους.

Peculiarem de Demosthenis orationibus scripsisse Dionysium tractatum secundum Blassii testimonium jam Rankius probavit. Dionysius autem idem de Dinarcho argumentum persecuturus quaestionem ita instituit, ut, postquam de vita et sermone ejus quae necessaria viderentur esse exposuit rationemque quam in dijudicandis orationibus secuturus esset explicavit, enumeraret titulos priore loco earum orationum, quae inter *δημοσίους λόγους* sibi genuinae, quae sibi spuriae, altero loco quae inter *ἰδιωτικούς* tales viderentur esse, statueret, verba cujusque orationis initialia ascriberet, tempus quo habitae vel scriptae essent adnotaret, denique suae sententiae breviter causas adderet. Eodem fere modo hunc tertium de Demosthene tractatum compositum esse cum per se veri simile sit, paene probatur fragmentorum quae extant verbis. Quod pertinet ad fontes, quibus Dionysius in scribenda hac Demosthenicarum orationum censura usus est, habuit ad manum non solum *πίνακας Περγαμηνούς*, sed novit

---

γίνεται γὰρ τὸ πλεῖστον περὶ τὴν λέξιν ὅταν τραχείας καὶ σφοδράς τις ἢ καὶ σεμνὰς συμφορήσας λέξεις εἶτ' ἐξαγγέλλῃ ἐννοίας ἐπιπολαίους καὶ κοινὰς καὶ μάλιστα εἰ καὶ σχήμασι χρῷτο κώλοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἢ τισι κεκαλλωπισμένοις ἀκμαίοις τε καὶ σεμνοῖς, quae verba ex Dionysio fluxisse extrema apparet.

[1]) Certa utique inter fragmenta sedes his verbis inveniri non poterat. *ἁγνεύεται* vocabulum explicarim fere sic: *καθαρὸς τὴν ἑρμηνείαν ἐστίν. στόματος* vox ab sermone Dionysii non abhorret; legitur *στόμα Λυσιακόν* de Lys. c. 12 p. 478 R.

etiam Callimachi oratorum atticorum indices, quos si non ipsos, tamen certe eis propinquos et aequales indices in excerptis etiamnunc extare non feliciter conjicit Studemundus, Hermae II. p. 441.

Dionysius Callimachi opus non magni fecit; cfr. de Din. c. XI. p. 661, de Dem. c. XIII. p. 994 R.

Fragm. III. Schol. Dindorf. ad Olynth. II. init.:

τοῦτον τὸν λόγον Διονύσιος προτάττει τῶν Ὀλυνθιακῶν ἄρχοντάς τέ τινας καταλέγων καὶ ἐκ τοῦ προοιμίου πιστούμενος ἐκ περιχαρείας ληφθέντος. [1])

Fragm. IV. Schol. Dindorf. ad Philipp. I. §. 30:

ἃ μὲν ἡμεῖς] ἐντεῦθέν φησιν Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς ἑτέρου λόγου εἶναι ἀρχήν· προοίμιον δέ, φησίν, οὐκ ἔχει, ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστὶν ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὐκ εἰσὶ προοίμια. [2])

Fragm. V. Libanius p. 769:

Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασεὺς οὐ δέχεται τούτους τοὺς λόγους (κατὰ Ἀριστογείτονος α΄ et *β΄) Δημοσθένους ἐκ τῆς ἰδέας τεκμαιρόμενος.*

Photius bibl. cod. CCLXV. p. 491 A:

Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τοὺς δύο κατὰ Ἀριστογείτονος ὡς νόθους παραγράφονται. ἀλλ' οὗτοι καὶ ὀρφανοὺς αὐτοὺς ἀφιᾶσιν οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν τοὺς τεκόντας ὧν εἷς γέγονε καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς οὐδὲν μέγα τεκμήριον τῆς ἰδίας ὑπολήψεως παρεχόμενος οὐδ' ἐκεῖνο συνιδεῖν ἐθελήσας ὡς πολλῷ μείζων ἐστὶν ἤπερ ἡ ἐκείνου ἀπόφασις αὐτὸς ὁ Ἀριστογείτων ἀνομολογῶν Δημοσθένην κατ' αὐτοῦ γεγραφέναι. [3])

Fragm. VI. Dion. Hal. de Dinarcho cap. XI. p. 656:

---

[1]) Apparet ordinem Olynthiacarum a Dionysio primum in epist. ad Amm. I. 4 propositum (β΄ γ΄ α΄) hoc loco etiam fusius explicatum esse. cfr. Blass. de script. rhet. p. 14 et C. F. Rankium in encyclop. Halens. s. I. vol. XXIV. p. 93.

[2]) Philippicam Demosthenis I. disjunxit Dionysius in duas orationes, §§. 1—29 et §§. 30—51, jam in epist. ad Amm. I. capp. IV et X.

[3]) cfr. Dionysii de Dem. cap. 57 cum eis quae recte disputavit de illo loco Schmidtius in excurs. ad Dinarch. p. 108; ceterum prorsus eadem verba, quae Libanius, habet Gregor. Corinth. W. rhett. gr. vol. VII. p. 1318.

ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένους περὶ τοῦ ὀνόματος λόγος ἐν ᾧ τούτων μέμνηται — scil. accusationis Meneclis — *κατὰ Θεσσαλὸν ἢ Ἀπολλόδωρον ἄρχοντα τετέλεσται, ὡς ἐν τοῖς περὶ Δημοσθένους δεδηλώκαμεν.* [1])

Fragm. VII. Dion. H. de Din. c. XIII. p. 666:

Πρὸς Μαντίθεον περὶ προικός· „πάντων ἐστὶν ἀνιαρότατον.“ οὗτος ἀκολουθεῖ τῷ προτέρῳ λόγῳ καὶ πολλὰ ἔχει κατὰ λέξιν ταὐτὰ ἃ εἴη ἂν τοῦ αὐτοῦ ῥήτορος ἔξω τῆς τοῦ Δεινάρχου ἡλικίας. οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἠγώνισται τὸν ἀγῶνα ὁ κατήγορος ἀλλὰ δύο ἢ τρισὶν ὡς ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν ἐν τῇ περὶ Δημοσθένους γραφῇ δεδηλώκαμεν.

Fragm. VIII. Dion. H. de Dem. cap. LVIII. p 1127:

Εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς καὶ φορτικαὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαὶ ὡς ἐν τῇ κατ᾽ Ἀριστογείτονος δυάδι καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῶν δώρων καὶ ἐν τῷ μὴ ἐκδοῦναι Ἅρπαλον καὶ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν ἐν ἄλλοις τε συχνοῖς οὓς ὁ Δημοσθένης οὐκ ἔγραψεν, ἐν ἑτέρᾳ δηλοῦταί μοι πραγματείᾳ. [2])

Fragm. X. Liban. de partt. rhet. (in I. Bekkeri editione stereotypa quae prodiit apud B. Tauchnitz. Lipsiae MDCCCLIV, haec leguntur vol. I. p. 5):

Τῆς ῥητορικῆς μέρη τρία, ἐπιδεικτικὸν, συμβουλευτικὸν, δικανικόν. τοῖν μὲν οὖν δυοῖν ἄκρος ἀγωνιστὴς γέγονε τοῦ τε δικανικοῦ καὶ συμβουλευτικοῦ, ἐπιδεικτικοὺς δὲ οὐκ ἔχομεν λόγους· τοὺς γὰρ φερομένους οὐ πιστευτέον εἶναι Δημοσθένους τὸν ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἐρωτικόν· πολὺ γὰρ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀπολείπονται. καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην λέγομεν ἀλλὰ καὶ Διονυσίῳ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ τοῦτο συνδοκεῖ. ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ἐπιτάφιον λόγον Δημοσθένης ὡμολόγηται, οὐ μὴν τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν ὑπ᾽ ἐκείνου ῥηθέντα πάνυ φαύλως καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα.

Dion. Hal. de Dem. c. XXIII. p. 1027:

τὸν μὲν γὰρ (Δημοσθένους ἐπιτάφιον) οὐχ ἡγοῦμαι ὑπ᾽ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς γεγράφθαι. idem p. 1095: *πανηγυρικοὺς μὲν οὖν λόγους*

---

[1]) Confer Dion. de Din. cap. XIII. p. 665.

[2]) Codd. habent.: *ἐν ἑτέρᾳ δηλοῦνταί μοι πραγματείᾳ τὰ περὶ Δημοσθένη.* De oratione contra Neaeram cfr. etiam Libanium p. 1345.

οὐκ ἔχομεν παρασχέσθαι, πάντας γὰρ ἔγωγε τοὺς ἀναφερομένους εἰς αὐτὸν ἀλλοτρίους εἶναι πείθομαι καὶ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἔχοντας τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα οὔτ' ἐν τοῖς νοήμασι, τῆς δὲ συνθέσεως ὅλῳ καὶ τῷ παντὶ λειπομένους, ὧν ἐστιν ὅ τε φορτικὸς καὶ κενὸς καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος καὶ τὸ τοῦ σοφιστικοῦ λήρου μεστὸν ἐγκώμιον εἰς Πανσανίαν, τὰς δὲ περὶ τούτων ἀποδείξεις οὐχ οὗτος ὁ καιρὸς λέγειν.

Fragm. IX. Joannes Tzetzes Chiliad. VI. 35 et seqq.:

Πάλιν σεμνοστομώτερόν φησι κατὰ Νεαίρας
Ἀπὸ τριῶν ἐργάζεσθαι ὀπῶν τὴν ἐργασίαν
Καὶ ἄλλων αἰσχροτήτων δὲ βορβόρους ἀποπτύει
Οὔςπερ ὁ Διονύσιος ἀρώματα νομίζει
Τὴν δ' ἐργασίαν ἥν φησι τριῶν ἐκ τρυπημάτων
Ἐκ τοῦ Λυσίου ῥήτορος σεμνῶς γλαφυρωτάτως
Ῥηθεῖσαν ἔκλεψεν αἰσχρῶς ἐξαναπτύξας ταύτην
Ἡ Ἀντιόπη μόνον γὰρ εἶπε Λυσίας πόρνη
Ἤτοι ἡ ἄμφω ταῖς ὀπαῖς τῇ μίξει κεχρημένη
Παναίσχρως δ' οὗτος ηὔξησεν ἀναφανδὰ ληρήσας
Τὸ ἔργον Νέαιραν τελεῖν τριῶν ἐκ τρυπημάτων. [1])

Fragm. XI. Harpocration p. 72, 12:

ἐστὶ δὲ καὶ λόγος τις ἐπιγραφόμενος Δημοσθένους πρὸς Κριτίαν περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος ὃν Καλλίμαχος μὲν ἀναγράφει ὡς γνήσιον, Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασεὺς ὡς ψευδεπίγραφον.

Fragm. XII. Photius bibl. cod. CCLXV. p. 491 B:

καὶ τὸν ὑπὲρ Σατύρου δὲ λόγον τῆς ἐπιτροπῆς πρὸς Χαρίδημον οἱ μὲν πρὸς τὴν κρίσιν ἔχοντες τὸ ἀσφαλὲς Δημοσθένους λέγουσιν εἶναι, ὁ δὲ Καλλίμαχος οὐδ' ἱκανὸς ὢν κρίνειν Δεινάρχου νομίζει. [2])

---

[1]) Cfr. Hermogenem W. rhett. gr. III. 308. Illa *οὔσπερ ὁ Διονύσιος ἀρώματα* cum nesciam certo cuidam loco tribuere, puto fortasse non prorsus inepte hic ascribi. Dionysium Halicarnassensem intelligendum esse putavit jam Sauppius or. att. II. p. 212.

[2]) Dion. Hal. de Din. c. XIII. p. 667 R. inter spurias Dinarchi orationes refert quam dicit: *Σατύρῳ πρὸς Χαρίδημον ἐπιτροπῆς ἀπολογία· „μὴ μεγάλου κινδύνου συμβεβηκότος", καὶ οὗτος ἐπὶ Νικομάχου εἴρηται.* Ex comparatis Dionysii et Photii verbis apparet in deperdita Demosthenicarum orationum censura Dionysium tribuisse orationem pro Satyro De-

Denique e reliquis Demosthenis orationibus quas in ceteris libris Dionysius vere Demosthenis esse statuit, cum appareat de eis etiam in tertio de Demosthenis hoc tractatu illum egisse, ascribo has: oratt. I., II.: ad Amm. I. c. 4 p. 725. orat. III.: ad Amm. I. c. 4. p. 725 — verba ex ea afferuntur: de Dem. c. 21 p. 1015. oratt. V., VI.: ad Amm. I. c. 10 p. 737. orat. VII.: ad Amm. I. c. 10 p. 737, de Dem. c. 9 p. 981, c. 13 p. 994. orat. VIII.: ad Amm. I. c. 10 p. 738 — de Dem. c. 54 p. 1119. orat. IX.: ad Amm. I. c. 10 p. 738 — de Thuc. c. 54 p. 947. orat. X.: ad Amm. I. c. 10 p. 738. orat. XII.: ad Amm. I. c. 10 p. 739 — de Dem. c. 43 p. 1089. orat. XIV.: ad Amm. I. c. 4 p. 725 — art. rhet. VIII. 7. p. 292 et IX. c. 9 p. 351, de Thuc. c. 54 p. 945, de Dem. c. 9 p. 977. orat. XV.: ad Amm. I. c. 4 p. 726. orat. XVI.: ad Amm. I. c. 4 p. 726. orat. XVIII.: art. rhet. VIII. c. 5 p. 286, IX. c. 12 p. 357, de Thuc. c. 54 p. 949, de Dem. c. 45 p. 1096 — de compos. c. 18 p. 119, de Dem. c. 14 p. 997, c. 31 p. 1050. orat. XIX.: ad Amm. I. c. 10 p. 737 — de Dem. c. 14 p. 996. orat. XX.: ad Amm. I. c. 4 p. 724, de Dem. c. 14 p. 997 et c. 45 p. 1096. orat. XXI.: ad Amm. I. c. 4 p. 726 — de Dem. c. 58 p. 1127. orat. XXII.: ad Amm. I. c. 4 p. 724. orat. XXIII.: ad Amm. I. c. 4 p. 725 — de compos. c. 15 p. 199. orat. XXIV.: ad Amm. I. c. 4 p. 725, de Dem. c. 45 p. 1095 — de Dem. c. 14 p. 997. oratt. XXXVI., XLIII. et XLVIII.: de Dem. c. 13 p. 993. orat. LIV.: de Dem. c. 12 p. 986. orat. LVII.: de Dem. c. 13 p. 993. orat. LXV.: de Din. c. 11 p. 659.

---

mostheni. Praeterea in Dionysium optime conveniunt cum reprehensio Callimachi tum illa verba: *οἱ ἔχοντες πρὸς τὴν κρίσιν τὸ ἀσφαλές*. Itaque non intellexi quomodo fieri potuerit ut Burckhardtus in laud. dissert. p. 35 not. 24 haec mallet Caecilio tribuere, quae facile poterant ad utrumque spectare.

Περὶ Λυσίου.

Quae in jud. de Lys. c. 14 p. 485 Dionysius habet verba: *ἰδίαν περὶ τοῦ ῥήτορος συνταττόμενος πραγματείαν ἐν ᾗ τά τ᾽ ἄλλα δηλωθήσεταί μοι καὶ τίνες εἰσὶν αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι τὴν ἀκρίβειαν ἐν ἐκείνοις καὶ περὶ τοῦδ᾽ ἀποδοῦναι πειράσομαι τοῦ λόγου* et c. 12 p. 481: *ἀλλ᾽ ὑπὲρ μὲν τούτων ἑτέρωθι δηλωθήσεται διὰ πλειόνων,* haec satis probant, id quod recte vidit Blassius de script. p. 15, Dionysium tum temporis libellum scripturum fuisse de Lysiae orationibus genuinis spuriis, qualem de Demosthene et de Dinarcho scripsit. Compositum vere esse librum docet Pseudoplutarchus.

Fragm. XIII. vit. X. orr. p. 836 A.

φέρονται δ᾽ αὐτοῦ λόγοι τετρακόσιοι εἰκοσιπέντε, τούτων γνησίους φασὶν οἱ περὶ Διονύσιον καὶ Καικίλιον εἶναι διακοσίους τριάκοντα, ἐν οἷς δὶς μόνον ἡττῆσθαι λέγεται. ἐστὶ δ᾽ αὐτοῦ καὶ ὁ ὑπὲρ τοῦ ψηφίσματος ὃ ἐγράψατο Ἀρχῖνος τὴν πολιτείαν αὐτοῦ περιελὼν καὶ κατὰ τῶν τριάκοντα ἕτερος. ἐγένετο δὲ πιθανώτατος καὶ βραχύτατος τοῖς ἰδιώταις τοὺς πολλοὺς λόγους ἐκδούς. εἰσὶ δ᾽ αὐτῷ καὶ τέχναι ῥητορικαὶ πεποιημέναι καὶ δημηγορίαι ἐπιστολαί τε καὶ ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιοι καὶ ἐρωτικοὶ καὶ Σωκράτους ἀπολογία ἐστοχασμένη τῶν δικαστῶν. δοκεῖ δὲ κατὰ τὴν λέξιν εὔκολος εἶναι δυσμίμητος ὤν. [1])

Ceterum pro genuinis Lysiae orationibus Dionysius habuit judicavitque has:

Ὀλυμπιακόν orat. XXXIII., fragm. legitur de Lys. c. 29 p. 519.

Περὶ τοῦ μὴ καταλῦσαι τὴν πάτριον πολιτείαν Ἀθήνησι orat. XXXIV. fragm.: de Lys. c. 32 p. 526.

Κατὰ Τισίδος orat. fragm.: de Dem. c. 11 p. 983.

Ὑπὲρ Φερενίκου περὶ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου prooem.: de Isaeo c. 6 p. 594.

---

[1]) Continet hoc fragmentum Caeciliana mixta cum Dionysianis, quae utique diligenter nunc non possumus discernere. Maxime Dionysii videntur esse quae Pseudoplutarchus dicit de genere dicendi, de virtute oratoria Lysiae. cfr. Burckhardt. Caecil. fragm. p. 29 et seq.

Κατὰ Διογείτονος orat. pars maxima: de Lys. c. 21 p. 497.

Πρὸς τοὺς Ἱπποκράτους παῖδας orat. prooem.: de Isaeo c. 8 p. 599.

Πρὸς Ἀρχεβιάδην orat. prooem.: de Isaeo c. 10 p. 601.

Ἐρωτικός in Plat. Phaedr. 230 E — 234 C. pro Dionysii scripto nominatur ep. ad Pompejum p. 755.

Ab Lysia auctore abjudicavit Dionysius:

orat. *ὑπὲρ Νικίου* de Lys. c. 14 p. 485.

oratt.: *ὑπὲρ Ἰφικράτους προδοσίας ἀπολογίαν* de Lys. c. 12 p. 479, *πρὸς Ἁρμόδιον περὶ Ἰφικράτους δωρεῶν* p. 478.

Περὶ Ἰσοκράτους.

Jam Blassius in originem Isocratis orationum inquisivisse Dionysium recte observavit de script. rhet. p. 16. Idem testantur quae invenimus illius censurae fragmenta duo.

Fragm. XIV. Photius bibl. CCLX.:

ἀνεγνώσθησαν Ἰσοκράτους λόγοι διάφοροι, φέρονται δ᾽ αὐτοῦ τὸν ἀριθμὸν ἑξήκοντα ὧν ἐκρίθησαν γνήσιοι κατὰ μὲν Διονύσιον ἐπὶ τοῖς πέντε καὶ εἴκοσι, κατὰ δὲ Καικίλιον ὀκτὼ καὶ εἴκοσι. γεγραφέναι δὲ αὐτὸν τέχνην ῥητορικὴν λέγουσιν, ἣν καὶ ἡμεῖς ἴσμεν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιγραφομένην τῷ ὀνόματι.

Vit. X. orr. p. 838 D: *φέρονται δ᾽ αὐτοῦ λόγοι ἑξήκοντα ὧν εἰσι γνήσιοι κατὰ μὲν Διονύσιον εἰκοσιπέντε, κατὰ δὲ Καικίλιον εἰκοσιοκτώ, οἱ δ᾽ ἄλλοι κατεψευσμένοι.*

Fragm. XV. Anonym. vit. Isocr. Saupp. oratt. II. p. 5. vv. 14—49:

τοὺς δὲ δικανικοὺς αὐτοῦ λόγους καὶ οὓς ἔδει ἐν πλήθει λέγειν λέγεται ὡς ὅτι ἢ δι᾽ ἄλλων ἐπεδείκνυτο ἢ δι᾽ ἑαυτοῦ ὀλίγους. ἄξιον δὲ καὶ περὶ τοῦ χαρακτῆρος τἀνδρὸςεἰπεῖν. ἤδη μὲν οὖν προφθάσαντες εἴπομεν ὡς ὅτι ζηλωτὴς μὲν ἐγένετο τοῦ Γοργίου κατὰ τὸ ὁμοιοκαταληκτῶδες καὶ παρισῶδες πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀεὶ διὰ τὸ προςκορές, σαφεῖ δὲ τῇ λέξει κέχρηται καὶ ἠθικῇ καὶ πιθανῇ, στρογγύλη δὲ οὐκ ἔστιν οὐδὲ χάριν ἔχουσα ὥςπερ ἡ τοῦ Λυσίου. λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο ὡς

ὅτι διεφθονοῦντο οὗτοι ἀλλήλοις καὶ ἀντεπαίδευον. συνεχὴς δέ ἐστι τοῖς ἐνθυμήμασιν, οὔπω γὰρ τελειώσας τὸ νόημα ἄλλο αὐτῷ συμπλέκει ἐνθύμημα. διὰ πολλῶν δ᾽ αὐτοῦ καὶ τὰ προοίμια. εἰ δέ τινες ἐπεισάγουσιν ἄλλους τινὰς λόγους ὡς ὄντας αὐτοῦ, οὐ προςδεκτέον ἐκείνους παρὰ τοὺς φερομένους, εἰσὶ δὲ οἱ ἐπειςφερόμενοι οὗτοι· συμβουλευτικοὶ ἐννέα, περὶ παρασκευῆς ἱππομεδῶν, περὶ αὐτονομίας, Σινωπικός, νησιωτικός, σύμμικτοι τρεῖς· Ἀμφικτυονικός, περὶ τοῦ κατοικισμοῦ Μιλησίοις. ἐπιδεικτικοὶ ἑπτά, Κλυταιμνήστρας ἐγκώμιον, Πηνελόπης, Μενεκράτης, ἐπιτάφιος τοῖς ἐν Θυραίᾳ, Νεοπτόλεμος, Παριακός, συνηγορία πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τοῦ ἐπιστάτου, περὶ τοῦ ὄρτυγος, ὑπὲρ Τιμοθέου ἐπιτροπικὸς περὶ τῆς ὑδρίας. σύμμικτοι πέντε· περὶ φιλοσοφίας, περὶ Πλάτωνος, περὶ ἔριδος, προτρεπτικός, καταδρομὴ σοφιστῶν. λέγεται δὲ ὡς ὅτι καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἔγραψε· τῷ δὲ χρόνῳ ἔτυχεν αὐτὴν ἀπολέσθαι. ἐρεῖ δέ τι ςκαὶ πόθεν δῆλον ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει; λέγομεν ὡς ὅτι Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος συναγαγὼν τέχνας ῥητορικὰς ἐμνήσθη καὶ ταύτης.[1])

---

[1]) Cum, quaecunque de vita et sermone Isocratis proferuntur ab Anonymo, ex Dionysii scriptis deprompta sint (cfr. judicium de Isocr. et vett. script. censuram), non audacis videtur esse, si quis conjecerit etiam in afferendis Isocratis orationibus spuriis Anonymum in manibus habuisse librum, qui etsi non ipse esset Dionysianus, tamen ad auctoritatem Halicarnassensis rediret. Fons enim quidam, quo Anonymus usus est, simillimus debuit esse ei quem habuit Photius: uterque idem de arte Isocratis rhetorica tradit. Jam Photius disertis verbis dicit, quot secundum Dionysium orationes vere Isocratis fuisse censendae sint. Quoniam Anonymus in priore parte quae ad *πίνακας* pertinet cum Photio consentit — scil. de Isocratis arte rhetorica — ne in recensendis quidem orationibus spuriis ille ab Photii fonte longe alienus esse potuit. Credo igitur titulis eis quos affert Anonymus servata esse nobis plurimarum earum orationum nomina quae ex Dionysii censura ab Isocrate abjudicandae sunt. At dixerit fortasse quispiam: fac addas ad illas orationes XXV genuinas numerum earum orationum spuriarum quae leguntur apud Anonymum, non jam habes LX orationes, quas vulgo Isocratis nomine ferri monet Photius. Sane, sed verba ipsa illa Anonymi paulo accuratius inspiciamus! Atque dicit: *συμβουλευτικοὶ ἐννέα.* At orationes deliberativae quas tum singulas affert non sunt vere novem, sed sex: 1. *περὶ παρασκευῆς ἱππομεδῶν* (ubi cum Sauppio legendum est *ἱπποδρόμων*), 2. *περὶ αὐτονομίας*, 3. *Σινωπικός*, 4. *νησιωτικός*, 5. *Ἀμφικτυονικός*, 6. *περὶ τοῦ κατοικισμοῦ Μιλησίοις.* Deinde: *ἐπιδεικτικοὶ ἑπτά.* At enumerat orationes sex tantum: 1. *Κλυ-*

Inter Isocratis orationes Dionysius refert:

orat. IV. Panegyricum: de compos. c. 25 p. 208 — verba ex ea afferuntur: de Dem. c. 40 p. 1079. orat. V. Philippum: art. rhet. IX. c. 12 p. 357 de Isocr. c. 6 p. 546.

orat. VI. Archidamum: de Isocr. c. 9 p. 551.

orat. VII. Areopagiticum: de Isocr. c. 6 p. 546 — de compos. c. 23 p. 182 art. rhet. IX. c. 12 p. 357.

orat. VIII. de pace: de Isocr. c. 7 p. 547 — de Dem. c. 17 p. 1001.

orat. XV. *περὶ ἀντιδόσεως*: de Dem. c. 17 p. 1001.

orat. XVII. Trapeziticum: de Isocr. c. 18 p. 578.

Περὶ Ἀνδοκίδου.

Extitisse etiam Andocidearum orationum a Dionysio conscriptam censuram probavit viditque Blassius p. 16.

Fragm. XVI. auctor argumenti ad III. Andoc. orat. quae est de pace cum Lacedaemoniis facienda habita edit. Blass. p. 65: *Ὁ δὲ Διονύσιος νόθον εἶναι λέγει τὸν λόγον.* [1])

ταιμνήστρας ἐγκώμιον, 2. *Πηνελόπης ἐγκ.*, 3. *Μενεκράτης*, 4. *ἐπιτάφιος τοῖς ἐν Θυραίᾳ*, 5. *Νεοπτόλεμος*, 6. *Παριακός*. Tum nullo praemisso alius generis nomine addit: *συνηγορία πρ. τ. ἐπίστ.*, *περὶ τοῦ ὄρτυγος*, *ὑπὲρ Τιμοθέου*, *ἐπιτροπικὸς π. τ. ὑδρ.* quarum quattuor orationum tituli ad aliud pertinere quidquam non possunt nisi ad *γένος δικανικόν*, cujus generis orationes aliae praeter illas non leguntur. — Itaque apparet titulos orationum apud Anonymum adeo confusos esse, ut inde nemo quidquam contra nostram conjecturam deducere possit.

[1]) Cfr. Blass. attic. eloquent. p. 319 et Dionysium de Lys. p. 454 R.

Περὶ μιμήσεως.

De imitatione librum sese composuisse Dionysius ipse testatur in epist. ad Pomp. p. 766, ubi item de argumento et dispositione totius operis satis edocemur. Sunt capitis tertii secundum Reiskii editionem verba haec: *Περὶ δὲ Ἡροδότου καὶ Ξενοφῶντος ἐβουλήθης μαθεῖν τίνα περὶ αὐτῶν ὑπόληψιν ἔχω καὶ γράψαι με περὶ αὐτῶν ἐβουλήθης. πεποίηκα καὶ τοῦτο εἰς Δημήτριον ὑπομνηματισμὸν περὶ μιμήσεως. τούτων ὁ μὲν πρῶτος αὐτὴν περιείληφε τὴν περὶ τῆς μιμήσεως ζήτησιν, ὁ δὲ δεύτερος περὶ τοῦ τίνας ἄνδρας μιμεῖσθαι δεῖ ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους ἱστοριογράφους τε καὶ ῥήτορας, ὁ δὲ τρίτος περὶ τοῦ πῶς δεῖ μιμεῖσθαι περὶ τούτου δ᾽ ἀτελής.* Est locus conjecturis satis vexatus, vide Blass. p. 19; inter omnes emendationes unam equidem praeferam, quia videtur sententiae aptissima esse, hanc: *ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Δημήτριον ὑπομνηματισμῶν περὶ μιμήσεως.* Sub finem non sequi non possumus Sylburgium scribentem: *οὗτος δ᾽ ἀτελής.* Sed utut haec emendanda sunt, constat verba Dionysii indicare, tertiam partem libri tum temporis non esse absolutam. Alteram hujus commentationis partem continuisse brevem tantum adumbrationem virtutum singularum in antiquis scriptoribus sequendarum, apparet ex ipsius Dionysii verbis tract. de Thuc. p. 810 et sequ.: *καὶ δεδηλωκὼς ἐν ὀλίγοις τινὰς ἃς ἕκαστος αὐτῶν εἰςφέρεται πραγματικάς τε καὶ λεκτικὰς ἀρετὰς . . . . συντόμῳ τε καὶ κεφαλαιώδει γραφῇ περιλαβών.* Itaque quae in epist. ad Pompejum de praecipuis historicis leguntur eadem continuisse alterum *περὶ μιμήσεως* libri caput recte observat Blassius de script. rhet. p. 19. Epitomen totius quod tractabat Dionysius altero capite argumenti in commentatione cui Sylburgius editor nomen indidit: „*ἀρχαίων κρίσις*“ nobis servatam neque tamen eam a Dionysio confectam esse primus vidit G. Beckerus l. l. p. XVII. not. 9. Quintilianus in conscribendo instit. orat. libro decimo non ea epitome quam nos habemus sed ipsius Dionysii integro libro usus videtur esse.

Fragm. XVII. Anonym. Schol. W. rhett. gr. vol. VII. p. 865:

Διονύσιος μὲν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μιμήσεως ὁρίζεται τὴν μίμησιν οὕτως· μίμησίς ἐστιν ἐνέργεια διὰ τῶν θεωρημάτων ἐκματτομένη τὸ παράδειγμα. [1])

Fragm. XVIII. Syrianus W. rhett. gr. vol. IV. p. 41 codex Venetus:

ἀκολούθως δὲ τῷ θείῳ Πλάτωνι καὶ Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷ πρώτῳ τίτλῳ περὶ μιμήσεώς φησιν, ὅτι τρία ταῦτα τὴν ἀρίστην ἡμῖν ἔν τε τοῖς πολιτικοῖς λόγοις ἕξιν καὶ ἐν πάσῃ τέχνῃ τε καὶ ἐπιστήμῃ χορηγήσει φύσις δεξιά, μάθησις ἀκριβής, ἄσκησις ἐπίπονος, ἅπερ τὸν Παιανιέα τοιοῦτον ἀπειργάσατο.

Fragm. XIX. Anonym. Schol. W. rhett. gr. vol. VII. p. 868 codex Venetus:

ἔτι γε μὴν καὶ Διονύσιος πρὸς τῷ τέλει τοῦ τετάρτου βιβλίου[2]) *τῶν περὶ μιμήσεως περὶ προαιρέσεώς τε καὶ δυνάμεως τῆς περὶ λόγον διεξιὼν ἔφη τῆς μὲν δυνάμεως τὴν κυριωτάτην εἶναι μοῖραν ἐν τῇ φύσει ἣν οὐκ*

---

[1]) Eadem tradit Maxim. Plan vol. V. p. 440 omissa tantum loci significatione, ubi apud Dionysium haec legantur [*ἐν τῷ πρώτῳ περὶ μιμήσεως*]. Ceterum conferenda sunt quae idem Dionysius de imitatione docet art. rhet. X. p. 394: *μίμησις γὰρ οὐ χρῆσίς ἐστι τῶν διανοημάτων ἀλλ' ἡ ὁμολογία τῶν καιρῶν, ἔντεχνος μεταχείρισις. καὶ μιμεῖταί* (*τις* de meo, quod necessarium videtur, addiderim) *τὸν Δημοσθένη οὐχ ὅτι Δημοσθενικῶς, καὶ τὸν Πλάτωνα ὁμοίως καὶ τὸν Ὅμηρον. καὶ πᾶσα ἡ μίμησις ὧδε ἔχει· τέχνης ζῆλος καταμαθὼν ἐνθυμημάτων ὁμοιότητα. μακρότερος ὁ περὶ μιμήσεως λόγος ὃν ἀλλαχῇ μεταχειριούμεθα.* Ad rem confer [Cassiod. libr. de rhet.] cap. VII. edit. Halm. p. 501 v. 31 et seq.: „facultas orandi consummatur natura, arte, exercitatione, cui partem quartam adiciunt quidam imitationis, quam nos arti subicimus."

[2]) Nisi errorem statueris scholiastae, aut *πρώτου* aut *τρίτου* legendum est; quartus liber non fuit. Nobis hujus fragmenti verba melius hoc loco quasi libri primi reliquiae ascribenda esse videbantur quam extremo loco quasi tertii libri fragmentum. Si quis verba fragm. XVIII. paulo accuratius inspexerit, eum vix puto negare, quae illo quae hoc loco disputantur inter se non aliena esse sed arcte cohaerere.

ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι οἵαν ἀξιοῦμεν ἔχειν· τῆς δὲ προαιρέσεως οὐδὲν μέρος ἐστὶν οὗ μὴ τὴν ἐξουσίαν ἡμεῖς ἔχομεν.

Fragm. XX. Maxim. Planud. W. rhett. gr. vol. V. p. 444 seq.: ἄμεινον δὲ τῷ Ἁλικαρνασσεῖ Διονυσίῳ ἑπομένους ποιητικὸν μὲν λόγον φάναι τὸν τροπικῇ τε καὶ μεταφορικῇ καὶ διθυραμβώδει συνθήκῃ συντεθειμένον ὁποία ἡ Γοργίου τοῦ ῥήτορος φράσις· πρῶτον γὰρ ἐκεῖνος ὥς φησιν ὁ Διονύσιος ἐν τῷ περὶ μιμήσεως δευτέρῳ τὴν ποιητικὴν καὶ διθυραμβώδη λέξιν εἰς τοὺς πολιτικοὺς εἰσένεγκε λόγους.

Max. Plan. p. 446: ἔτι γε μὴν ἐν τῷ περὶ μιμήσεως ὁ αὐτός — scil. Διονύσιος — φησιν ὅτι Γοργίας μὲν τὴν ποιητικὴν ἑρμηνείαν μετήνεγκεν εἰς λόγους πολιτικοὺς οὐκ ἀξιῶν ὅμοιον τὸν ῥήτορα τοῖς ἰδιώταις εἶναι.

Fragm. XXI. Maxim. Plan. W. rhett. gr. vol. V. p. 446: ἔτι γε μὴν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ [1]) τὸ δοκοῦν ἀνεπιτήδευτον εἶναι ἀποίητον ὀνομάζει. καὶ πολὺ κάλλιον ἦν οὕτως ὀνομάσαι τὸ ἀνεπιτήδευτον ἐπείπερ τοῦτο ἐβούλετο δηλῶσαι ἢ ὡς οὐ ποιητικόν· ἐπάγει γὰρ καὶ τάδε περὶ Λυσίου· δοκεῖ γὰρ ἀποίητός τις εἶναι καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἑρμηνείας αὐτοῦ χαρακτὴρ καὶ πολλοῖς ἂν καὶ τῶν φιλολόγων παράσχοι δόξαν ὅτι ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην αὐτομάτως δέ πως καὶ ὡς ἔτυχε σύγκειται· ἔστι δὲ παντὸς ἔργου μᾶλλον τεχνικοῦ κατεσκευασμένος· πεποίηται γὰρ αὐτοῦ τὸ ἀποίητον καὶ δέδεται τὸ λελυμένον καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μὴ δοκεῖν δεινῶς κατεσκευάσθαι τὸ δεινὸν ἔχει.

Fragm. XXII. Dion. Hal. ep. ad. Pompejum c. III. p. 766 R.:

---

[1]) Scil. in libro secundo commentationis περὶ μιμήσεως; itaque aut error Maximi Planudis statuendus est aut Dionysius putandus se ipse descripsisse, verba enim δοκεῖ γὰρ κτλ. usque ad finem paene prorsus eadem leguntur in jud. de Lys. c. IX. p. 468 R., praeterquam quod codices Dionysiani habent ἁρμονίας pro ἑρμηνείας, deinde paulo fusius quam Planudes tradit: καὶ οὐ θαυμάσαιμ᾽ ἂν εἰ πᾶσα μὲν τοῖς ἰδιώταις οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ τῶν φιλολόγων ὅσοι μὴ μεγάλας ἔχουσι τριβὰς περὶ λόγους τοιαύτην τινὰ παράσχοι. Denique apud Dion. in jud. de Lys.: παντὸς μᾶλλον ἔργου et: πεποίηται γὰρ αὐτῷ. — Cum supremis fragmenti verbis conferenda videntur, quae habet Tzetzes Schol. in Hermog. — Anecd. Gr. Oxon. vol. IV. 127, 20 seqq.: περὶ τῆς οὔσης λέγω δὲ καὶ μὴ δοκούσης εἶναι ὁποία ἡ δεινότης ἦν τοῦ ῥήτορος Λυσίου, τὸ Δημοσθένους γὰρ δεινὸν κατ᾽ ἔννοιαν ὑπάρχει, δεινότης ἡ Δεινάρχου δὲ γίνεται μόνη λέξει.

Περὶ δ' Ἡροδότου καὶ Ξενοφῶντος ἐβουλήθης μαθεῖν τίνα περὶ αὐτῶν ὑπόληψιν ἔχω καὶ γράψαι με περὶ αὐτῶν. [1]) *Πεποίηκα τοῦτ' ἐν τῷ β' τῶν πρὸς Δημήτριον ὑπομνηματισμῶν περὶ μιμήσεως. Τούτων ὁ μὲν πρῶτος αὐτὴν περιείληφε τὴν περὶ τῆς μιμήσεως ζήτησιν· ὁ δὲ δεύτερος περὶ τοῦ τίνας ἄνδρας μιμεῖσθαι δεῖ, ποιητάς τε καὶ φιλοσόφους καὶ* [2]) *ἱστοριογράφους καὶ ῥήτορας, ὁ δὲ τρίτος περὶ τοῦ* [3]) *πῶς δεῖ μιμεῖσθαι, οὗτος δ' ἀτελής. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ Ἡροδότου τε καὶ Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος καὶ Φιλίστου καὶ Θεοπόμπου — τούτους γὰρ ἐκκρίνω τοὺς ἄνδρας ὡς* [4]) *εἰς μίμησιν ἐπιτηδειοτάτους — τάδε γράφω· Εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, περὶ μὲν Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου ταῦτα φρονῶ· πρῶτον ὅ τι καί σχεδὸν ἀναγκαιότατον ἔργον ἁπάντων ἐστὶ τοῖς γράφουσι πάσας* [5]) *ἱστορίας, ὑπόθεσιν ἐκλέξασθαι καλὴν καὶ κεχαρισμένην τοῖς ἀναγνωσομένοις τοῦθ' Ἡρόδοτος κρεῖττόν μοι δοκεῖ πεποιηκέναι Θουκυδίδου. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ κοινὴν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβαρικῶν πράξεων ἐξενήνοχεν ἱστορίαν ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων ἐξίτηλα γένηται μήτε ἔργα* [6]) *(μεγάλα τε καὶ θωϋμαστὰ τὰ μὲν Ἕλλησι τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα ἀκλεᾶ γένηται) καθάπερ* [7]) *αὐτὸς εἴρηκε. Τὸ γὰρ αὐτὸ προοίμιόν τε [καὶ ἀρχὴ]* [8]) *καὶ τέλος ἐστὶ τῆς ἱστορίας. Ὁ δὲ Θουκυδίδης πόλεμον ἕνα γράφει καὶ τοῦτον οὔτε καλὸν οὔτ' εὐτυχῆ· ὃς μάλιστα μὲν ὤφειλε μὴ γενέσθαι· εἰ δὲ μή, σιωπῇ*

---

[1]) Codd. habent: *αὐτῶν ἐβουλήθης πεποίηκα καὶ τοῦτο εἰς Δημήτριον ὑπομνηματισμόν.* Herwerdenius ante *ἐβουλήθης* inseruit *ὁ δέ*, nos cum Kruegero expunximus *ἐβουλήθης*, sequentia verba Herwerdenius sic correxit: *πεποίηκα κατὰ τοὺς πρὸς Δημήτρ. ὑπομνηματισμούς.*

[2]) *καὶ* secutus Herwerdenium addidi.

[3]) *περὶ τοῦ* abesse mavult Herwerdenius.

[4]) *ὡς* conjecit Reiskius addendum esse, in textum recepimus cum Herwerdenio.

[5]) *πάσας* inserit teste Herwerdenio, qui codices denuo contulit vel primus inspexit, codex optimae notae Ambrosianus.

[6]) Vulgo *τὰ ἔργα*, id quod neque Herodotus habet neque Ambrosianus (Herw.).

[7]) Vulgo *καὶ ἅπερ*, quod retinuit cum Reiskio Kruegerus, *καθάπερ* recte scripsit jam Sylburgius.

[8]) *καὶ ἀρχὴ* uncis inclusit Herw., quem quin sequi debeam non dubito.

καὶ λήθῃ παραδοθεὶς ὑπὸ τῶν ἐπιγιγνομένων ἠγνοῆσθαι. Ὅτι δὲ πονηρὰν εἴληφεν ὑπόθεσιν, καὶ αὐτός γε τοῦτο ποιεῖ φανερὸν ἐν τῷ προοιμίῳ. „Πόλεις τε γὰρ δι᾽ αὐτὸν ἐξερημωθῆναί φησιν Ἑλληνίδας πολλάς, τὰς μὲν ὑπὸ βαρβάρων τὰς δ᾽ ὑπὸ σφᾶν αὐτῶν, καὶ φυγὰς καὶ φόνους[1]) ἀνθρώπων, ὅσους οὔπω πρότερον γενέσθαι, σεισμούς τε καὶ αὐχμοὺς καὶ νόσους καὶ ἄλλας πολλὰς συμφοράς.“ ὥστε τοὺς ἀναγνόντας τὸ προοίμιον ἠλλοτριῶσθαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, Ἑλληνικῶν κακῶν μέλλοντας ἀκούειν. Ὅσῳ δὲ κρείττων ἡ τὰ θαυμαστὰ ἔργα δηλοῦσ᾽ Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων γραφὴ τῆς τὰ οἰκτρὰ καὶ δεινὰ πάθη τῶν Ἑλλήνων διαγγελλούσης, τοσούτῳ φρονιμώτερος Ἡρόδοτος Θουκυδίδου κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῆς ὑποθέσεως. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτ᾽ ἔνεστιν εἰπεῖν, ὅτι δι᾽ ἀνάγκην ἦλθεν ἐπὶ ταύτην τὴν γραφὴν ἐπιστάμενος (μὲν)[2]) ἐκεῖνα καλλίω βουλόμενος δὲ μὴ ταῦθ᾽ ἑτέροις γράφειν· πᾶν γὰρ τοὐναντίον, ἐν τῷ προοιμίῳ διασύρων τὰ παλαιὰ ἔργα, μέγιστα[3]) καὶ θαυμασιώτατα τὰ καθ᾽ αὑτὸν ἐπιτελεσθέντα φησὶν εἶναι καὶ φανερός ἐστι ταῦθ᾽ ἑκὼν προελόμενος. Οὐ μὴν Ἡρόδοτός γε τοῦτ᾽ ἐποίησεν, ἀλλὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων γενομένων Ἑλλανίκου τε καὶ Χάρωνος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν προεκδεδωκότων οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ᾽ ἐπίστευσεν αὑτῷ[4]) κρεῖττόν τι ἐξοίσειν ὅπερ καὶ πεποίηκεν.

Δεύτερόν ἐστι τῆς ἱστορικῆς πραγματείας ἔργον γνῶναι, πόθεν τ᾽ ἄρξασθαι καὶ μεχρὶ τοῦ προελθεῖν δεῖ. Φαίνεται δὴ κἂν τούτῳ[5]) Θουκυδίδου πολὺ Ἡρόδοτος φρονιμώτερος,[6]) ἄρχεταί τ᾽ ἀφ᾽ ἧς αἰτίας ἤρξαντο πρῶτον κακῶς ποιεῖν τοὺς Ἕλληνας οἱ βάρβαροι καὶ προελθὼν εἰς τὴν τῶν βαρβάρων κόλασιν καὶ τιμωρίαν λήγει. Ὁ δὲ Θουκυδίδης ἀρχὴν μὲν ἐποιήσατο ἀφ᾽ οὗ[7]) ἤρξατο κακῶς πράττειν τὸ Ἑλληνικόν, ὅπερ Ἕλλην᾽

---

[1]) Ambrosianus: φυγάδας καὶ φθόρους (Herw.).

[2]) Addidit Herwerden μὲν ὄντ᾽, sed ὄντα non utique necessarium esse docet Kruegerus grammaticus §. 55, 4, 4.

[3]) Ipsum prooemium Thucydidis nos docet scribendum esse non κάλλιστα quod voluit Herwerdenius, sed mutandam esse vulgatam scripturam μάλιστα in μέγιστα.

[4]) αὑτῷ habet Ambrosianus, vulgo legitur αὐτῶν (Herw.).

[5]) Addit injuria de suo Herwerdenius ὤν, quod per se non opus est neque hunc locum tenere posse videtur.

[6]) Inserit Herw. ὅς, quod superfluum est.

[7]) Debetur Kruegero, vulgo ἀφ᾽ ἧς (Herw.).

ὄντα καὶ Ἀθηναῖον [1]) οὐκ ἔδει ποιεῖν καὶ ταῦτ᾽ οὐ τῶν ἀπερριμμένων ὄντα, ἀλλ᾽ ὧν ἐν πρώτοις ἦγον Ἀθηναῖοι στρατηγιῶν τε καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν ἀξιοῦντες· καί οὕτω γε [2]) φθονερῶς, ὥστε καὶ τῇ πόλει τῇ ἑαυτοῦ τὰς φανερὰς [3]) αἰτίας τοῦ πολέμου περιάπτειν ἑτέραις ἔχοντα πολλαῖς ἀφορμαῖς περιάψαι τὰς αἰτίας. [4]) Καίτοι ἄρξασθαί γ᾽ ἔδει τῆς διηγήσεως μὴ ἀπὸ τῶν Κερκυραϊκῶν ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν κρατίστων τῆς πατρίδος ἔργων ἃ μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον εὐθὺς ἔπραξαν· ὧν ὕστερον κἂν ἀνεπιτηδείῳ [5]) τόπῳ μνήμην ἐποιήσατο φαύλως πως καὶ ἐξ [6]) ἐπιδρομῆς· διελθόντα δὲ ταῦτα μετὰ πολλῆς εὐνοίας ὡς ἄνδρα φιλόπολιν ἔπειτ᾽ ἐπενεγκεῖν, ὅτι τούτων φθόνῳ καὶ δέει προελθόντες [7]) Λακεδαιμόνιοι προφάσεις ὑποθέντες ἑτέρας ἦλθον ἐπὶ τὸν πόλεμον· καὶ τότε λέγειν τὰ Κερκυραϊκὰ καὶ τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο λέγειν [8]) ἐβούλετο. Τὸ δὲ τέλος ἔτι πλείονος ἁμαρτίας ἐστὶ πλῆρες· [9]) καίπερ γὰρ λέγων ὅτι παντὶ τῷ πολέμῳ παρεγένετο καὶ πάντα δηλώσειν ὑποσχόμενος, εἰς τὴν ναυμαχίαν τελευτᾷ τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα γεγενημένην Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων, [10]) ἣ συνέβη κατ᾽ ἔτος εἰκοστὸν καὶ δεύτερον. Κρεῖττον δ᾽ ἦν [11]) διεξελθόντα πάντα [12]) τελευτὴν ποιήσασθαι τῆς ἱστορίας τὴν θαυμασιωτάτην καὶ μάλιστα τοῖς ἀκούουσι κεχαρισμένην,

---

[1]) *καὶ Ἀθηναῖον* turpe emblema est Herwerdenio, nobis propter sequentia: *καὶ ταῦτ᾽ οὐ τῶν ἀπερριμμένων ὄντα* illa duo vocabula non videntur delenda esse.

[2]) Sic Reiskius pro vulgata *οὔτε, φθονερῶς* reposuit de conjectura pro *φανερῶς* Herwerdenius.

[3]) Deleri vult Herw., conferendus est Thuc. I, cap. 23, quo nixus loco recte retinuit Kruegerus vulgatam.

[4]) Herw. mavult *αὐτάς*.

[5]) Vulgo: *ἐπιτηδείῳ*, correxit Kruegerus.

[6]) Male Herw. *κἀξ.* Kruegeri gramm. §. 13, 7, 6.

[7]) Herw. mutavit vix suo jure *προαχθέντες*.

[8]) Delevit Herwerdenius.

[9]) Vulgo: *τὰ δὲ τέλη πλείονος ἁμαρτίας πλήρη*, quae verba correxit Reiskius.

[10]) *Ἀθ. καὶ Πελοπ.* deleri vult Herwerdenius, fortasse sic legendum est: *γεγενημένην, ἣ συνέβη κατ᾽ ἔτος εἰκοστὸν καὶ δεύτερον Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων πολεμούντων.* (?)

[11]) Injuria inserit Herw. *ἄν*.

[12]) Ita Ambrosianus; vulgo: *τὰ πάντα*.

τὴν κάθοδον τῶν φυγάδων τῶν ἀπὸ Φυλῆς ἀφ᾽ οὗ[1]) ἡ πόλις ἀρξαμένη τὴν ἐλευθερίαν ἐκομίσατο.

Τρίτον ἐστὶν ἀνδρὸς ἱστορικοῦ (σκοπεῖν)[2]) τίνα τε δεῖ παραλαβεῖν ἐπὶ τὴν γραφὴν πράγματα καὶ τίνα παραλιπεῖν. Δοκεῖ δή μοι κἀν τούτῳ λείπεσθαι Θουκυδίδης. Συνειδὼς γὰρ Ἡρόδοτος, ὅτι πᾶσα μῆκος ἔχουσ᾽ ἀξιόλογόν τι[3]) διήγησις, ἂν μὲν ἀναπαύσεις τινὰς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων ἡδέως διατίθησιν, ἐὰν δ᾽ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένῃ πραγμάτων, κἂν τὰ μάλιστ᾽ ἐπιτυγχάνηται,[4]) λυπεῖ τὴν ἀκοὴν τῷ κόρῳ, ποικίλην ἐβουλήθη ποιῆσαι τὴν γραφὴν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος. Καὶ γὰρ τὸ βιβλίον ἣν αὐτοῦ λάβωμεν, μέχρι τῆς ἐσχάτης συλλαβῆς ἀγάμεθα, καὶ ἀεὶ τὸ πλεῖον ἐπιζητοῦμεν. Θουκυδίδης δὲ πόλεμον ἕνα [καί τινας][5]) ἀπνευστὶ διεξέρχεται μάχας ἐπὶ μάχαις καὶ παρασκευὰς ἐπὶ παρασκευαῖς καὶ λόγους ἐπὶ λόγοις συντιθείς, ὥστε μοχθεῖν τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροωμένων. Κόρον δ᾽ ἔχει, φησὶν ὁ Πίνδαρος, καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν᾽ ἄνθε᾽ ἀφροδίσια.[6]) Ὃ δὲ δὴ λέγω,[7]) κἀκεῖνος ἐνεθυμήθη, ὡς ἡδὺ χρῆμ᾽ ἐν ἱστορικαῖς γραφαῖς μεταβολὴ καὶ τὸ ποικίλον· καὶ τοῦτ᾽ ἐν δυ᾽ ἢ τρισὶ τόποις ἐποίησεν ἐπί τε τῆς Ὀδρυσῶν ἀρχῆς δι᾽ ἃς αἰτίας ἐγένετο μεγάλη, κἀπὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ πόλεων.

Μετὰ τοῦτ᾽ ἔργον ἐστὶν ἱστορικοῦ διελέσθαι τε καὶ τάξαι τῶν δηλουμένων ἕκαστον ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ. Πῶς οὖν ἑκάτερος διαιρεῖταί τε καὶ τάττει[8]) τὰ λεγόμενα; Θουκυδίδης μὲν τοῖς χρόνοις ἀκολουθῶν,

---

[1]) Vulgo: ἀφ᾽ ὧν, Reiskius: ἀφ᾽ ἧς, ego praetulerim ἀφ᾽ οὗ.

[2]) σκοπεῖν, quod deest in codicibus, supplendum esse vidit jam Reiskius, ἔργον addit Herwerdenius, quod nobis non necessarium videtur esse.

[3]) Codd.: ἀπὸ λόγου, quod ne nobis quidem ferri posse videtur. Herwerdenius scripsit πολὺ, nos proponimus ἀξιόλογόν τι.

[4]) Herwerdenius conjicit: κἂν τἄλλα μάλιστ᾽ ἐπιτυγχάνηται.

[5]) Reiskius conjecit: καὶ καινὰς ἀεί τινας ἀπνευστί. nos secuti sumus Herwerdenium, qui uncis inclusit ea verba; „vocabula καί τινας sunt varia lectio leviter corrupta ex καί τινα, quae olim adscripta fuerit ad ἕνα vel superscripta, mox vero, ut fit, textui se insinuarit.“

[6]) Pindari verba scripsi ut leguntur nunc Neme. Od. VII. v. 78. praeeunte Herwerdenio.

[7]) Recepi conjecturam Herw., codd.: ἤδη δ᾽ ἐγὼ κἀκεῖνο ἐνεθυμήθην.

[8]) Habent codices; Herwerdenius mavult διατάττων.

Ἡρόδοτος δὲ ταῖς περιοχαῖς τῶν πραγμάτων· καὶ γίγνεται Θουκυδίδης μὲν ἀσαφὴς καὶ δυσπαρακολούθητος· πολλῶν γὰρ κατὰ ταὐτὸ θέρος ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν χειμῶνα [1]) γιγνομένων ἐν διαφόροις, ὡς εἰκὸς, τόποις ἡμιτελεῖς τὰς πρώτας πράξεις καταλιπὼν ἑτέρων ἅπτεται [τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ θέρος ἢ χειμῶνα γιγνομένων]. [2]) Πλανώμεθα δὴ, καθάπερ εἰκὸς, καὶ δυςκόλως τοῖς δηλουμένοις παρακολουθοῦμεν ταραττομένης τῆς διανοίας. Ἡρόδοτος δ᾽ ἀπὸ τῆς Λυδῶν βασιλείας ἀρξάμενος καὶ μέχρι τῆς Κροίσου καταβὰς, ἐπὶ Κῦρον εὐθέως τὸν καταλύσαντα τὴν Κροίσου ἀρχὴν μεταβαίνει, Αἰγυπτίων τ᾽ ἄρχεται διηγημάτων καὶ Σκυθικῶν καὶ Λιβυκῶν, τὰ μὲν ὡς ἀκόλουθα δηλῶν, τὰ δ᾽ ὡς ἐπιζητούμενα προσαναλαμβάνων [3]) τὰ δ᾽ ὡς χαριεστέραν ποιήσοντα τὴν διήγησιν ἐπεισάγων· διεξελθών τε πράξεις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἔτεσιν ὁμοῦ διακοσίοις καὶ εἴκοσι γενομένας ἐν ταῖς τρισὶν ἠπείροις καὶ παραγράψας τῆς Ξέρξου φυγῆς τὴν ἱστορίαν οὐ διέσπασε τὴν διήγησιν, ἀλλὰ συμβέβηκε τῷ μὲν μίαν ὑπόθεσιν λαβόντι πολλὰ ποιῆσαι μέρη τὸ ἓν σῶμα, τῷ δὲ τὰς πολλὰς καὶ οὐδὲν ἐοικυίας [4]) ὑποθέσεις προελομένῳ σύμφωνον ἓν σῶμα πεποιηκέναι.

Μιᾶς δ᾽ ἰδέας ἔτι μνησθήσομαι [5]) πραγματικῆς ἣν οὐδεμιᾶς τῶν προειρημένων ἧττον ἐν ἁπάσαις ἱστορίαις ζητοῦμεν, τὴν αὐτοῦ τοῦ συγγραφέως διάθεσιν ᾗ κέχρηται πρὸς τὰ πράγματα, περὶ ὧν γράφει. Ἡ μὲν (οὖν) [6]) Ἡροδότου διάθεσις ἐν ἅπασιν ἐπιεικὴς καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδομένη τοῖς δὲ κακοῖς συναλγοῦσα· ἡ δὲ Θουκυδίδου αὐθέκαστός τις καὶ πικρὰ καὶ τῇ πατρίδι τῆς φυγῆς μνησικακοῦσα. Τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματ᾽ [7]) ἐπεξέρχεται καὶ μάλ᾽ ἀκριβῶς, τῶν δὲ κατὰ νοῦν κεχω-

---

[1]) Vulgo: *καὶ χειμῶνα, ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν χειμῶνα* scripsit Herwerdenius.

[2]) Etiam nobis male repeti videntur *τῶν κατὰ τὸ αὐτὸ κτλ.* quae uncinis sepsit Herwerdenius.

[3]) *τὰ δ᾽ ὡς — προσαναλαμβάνων* primus Herwerdenius ex Ambrosiano codice addidit.

[4]) Inserit, quod non opus est, *ἀλλήλαις* Herwerdenius.

[5]) Codd.: *ἐπιμνησθήσομαι*, Herwerdenius: *ἐτ᾽ ἐπιμνησθήσομαι*, nobis sufficiunt, quae jam Sylburgius recte scripsit.

[6]) *οὖν* obsecutus Reiskio addidit Herw.

[7]) Herw. *αὐτῆς* excidisse hoc loco opinatur.

ρηκότων ἢ καθάπαξ οὐ μέμνηται ἢ ὥσπερ ἠναγκασμένος.[1]) Καὶ κατὰ μὲν τὸν πραγματικὸν τύπον ἥττων ἐστὶν Ἡροδότου διὰ ταῦτα Θουκυδίδης· κατὰ δὲ τὸν λεκτικὸν τὰ μὲν ἥττων τὰ δὲ κρείττων τὰ δ᾽ ἴσος. Ἐρῶ δὲ καὶ περὶ τούτων, ὡς ὑπείληφα.

Πρώτη τῶν ἀρετῶν γένοιτ᾽ ἄν, ἧς χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων τῶν περὶ τοὺς λόγους ὄφελος τίς ἢ ἡ[2]) καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διάλεκτος; Ταύτην ἀκριβοῦσιν ἀμφότεροι. Ἡρόδοτός τε γὰρ τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών· Θουκυδίδης τε τῆς Ἀτθίδος.[3]) † † † Τρίτην ἔχει χώραν ἡ καλουμένη συντομία· ἐν ταύτῃ δοκεῖ προέχειν Ἡροδότου Θουκυδίδης. Καίτοι λέγοι τις ἂν ὡς μετὰ (μὲν)[4]) τοῦ σαφοῦς ἐξεταζόμενον ἡδὺ φαίνεται τὸ βραχύ, εἰ δ᾽ ἀπολείποιτο τούτου, πικρόν. Ἀλλὰ μηδέν γ᾽ (ἧττων)[5]) ἔστω παρὰ τοῦτο. Ἐνάργεια μετὰ ταῦτα τέτακται πρώτη τῶν ἐπιθέτων ἀρετῶν. Ἱκανῶς ἐν ταύτῃ κατορθοῦσιν ἀμφότεροι. Μετὰ ταύτην συνίσταται ἀρετὴν ἡ τῶν ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμησις. Διῄρηνται τὴν ἀρετὴν ταύτην οἱ συγγραφεῖς. Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὰ πάθη δηλῶσαι κρείττων, Ἡρόδοτος δὲ τά [γ]᾽[6]) ἤθη παραστῆσαι δεινότερος. Μετὰ ταῦθ᾽ αἱ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκφαίνουσαι τῆς κατασκευῆς ἀρεταί. Ἴσοι κἀν ταύταις οἱ συγγραφεῖς. Ἕπονται ταύταις αἱ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸν τόνον καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους δυνάμεις τῆς φράσεως περιέχουσαι. Κρείττων ἐν (μὲν)[7]) ταύταις Ἡροδότου Θουκυδίδης, ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰςφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος. Τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων[8]) τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζήλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης [ὁμοειδὴς πᾶς ὤν].[9]) Ἐν λόγοις ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη τὸ πρέπον. Ταύτην Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης.

---

1) Codices habent ἠναγκασμένως, quod correxit Reiskius.

2) Codices habent τίς ἦ; ἡ κτλ. Nos secuti sumus Kruegerum collatis verbis Dionysii epist. ad Amm. I. p. 748.

3) Lacunam hoc loco statuendam esse jam vidit Sylburgius.

4) Inserui cum Herwerdenio.

5) Addidi cum Herwerdenio ἧττων.

6) Delendum videtur (H.).

7) Addidit Herwerdenius.

8) Fortasse scribendum est: τῆς δὲ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων.

9) Turpe emblema Herwerdenio et nobis.

Ὁμοειδὴς γὰρ οὗτος ἐν πᾶσι κἂν ταῖς δημηγορίαις μᾶλλον ἢ ταῖς διηγήσεσιν. † † † †[1]) Ἐμοὶ μέντοι καὶ τῷ φιλτάτῳ Καικιλίῳ δοκεῖ τἀνθυμήματ' αὐτοῦ μαλιστά γε καὶ ζηλῶσαι Δημοσθένης. Ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· οὐ γὰρ ἂν αἰσχυνθείην ποιήσεις αὐτὰς λέγων· διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστ' ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου. Ἀπόχρη ταῦτ' εἰρῆσθαι περὶ τούτων τῶν συγγραφέων, πολλῶν καὶ ἄλλων ἐνόντων λέγεσθαι περὶ ὧν καὶ ἕτερος ἔσται καιρός.

Caput. IV. Ξενοφῶν δὲ καὶ Φίλιστος οἱ τούτοις ἐπακμάσαντες οὔτε φύσεις ὁμοίας εἶχον οὔτε προαιρέσεις. Ξενοφῶν μὲν γὰρ Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο κατ' ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικόν. Πρῶτον μὲν γὰρ τὰς ὑποθέσεις τῶν ἱστοριῶν ἐξελέξατο καλὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς καὶ ἀνδρὶ φιλοσόφῳ προσηκούσας, τήν τε Κύρου παιδείαν, εἰκόνα βασιλέως ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος, καὶ τὴν Ἀναβασιν τοῦ νεωτέρου Κύρου, ᾧ καὶ αὐτὸς συνανέβη, μέγιστον ἐγκώμιον ἔχουσαν τῶν συστρατευσαμένων Ἑλλήνων· καὶ τρίτην ἔτι τὴν Ἑλληνικὴν ἣν κατέλιπεν ἀτελῆ Θουκυδίδης, ἐν[2]) ᾗ καταλύονταί θ' οἱ τριάκοντα καὶ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων,[3]) ἃ Λακεδαιμόνιοι καθεῖλον, αὖθις ἀνίστανται.[4])

Οὐ μόνον δὲ τῶν ὑποθέσεων χάριν ἄξιος ἐπαινεῖσθαι [ζηλωτὴς Ἡροδότου γενόμενος], ἀλλὰ καί τῆς οἰκονομίας. Ταῖς τε γὰρ ἀρχαῖς αὐτῶν ταῖς πρεπωδεστάταις κέχρηται καὶ τελευτὰς ἑκάστῃ τὰς ἐπιτηδειοτάτας ἀποδέδωκε· μεμέρικέ τε καλῶς καὶ τέταχε[5]) καὶ πεποίκιλκε τὴν γραφήν· ἦθός τ' ἐπιδείκνυται θεοσεβὲς καὶ δίκαιον καὶ καρτερικὸν καὶ εὐπετὲς ἅπασαις τε συλλήβδην κεκοσμημένον ἀρεταῖς. Καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος.

Ὁ δὲ λεκτικὸς πῇ μὲν ὅμοιος Ἡροδότου πῇ δ' ἐνδεέστερος. Καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς καὶ σαφὴς καθάπερ ἐκεῖνος. Ἐκλέγει

---

[1]) Lacunam jam sensit Reiskius.

[2]) Ante ἐν codices habent καί, quod transposuit post Θουκυδίδου vocabulum Herwerdenius, uncis inclusit Kruegerus.

[3]) Codices habent Ἀθηνῶν.

[4]) Reposuit ἀνίσταται singularem numerum Herwerdenius.

[5]) De conjectura Herwerdenius scripsit διατέταχε.

δ᾽ ὀνόματα συνηθῆ τε καὶ προςφυῆ τοῖς πράγμασι καὶ συντίθησιν αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως οὐχ ἧττον Ἡροδότου. Ὕψος δὲ καὶ κάλλος καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ἡρόδοτος ἔχει. Οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἴσχυσε τοῦτο παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν ἀλλὰ κἂν ποτε διεγεῖραι βουληθῇ [1]) τὴν φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας ὥσπερ ἀπόγειος αὔρα ταχέως σβέννυται. Μικρότερος γὰρ γίγνεται τοῦ δέοντος ἐν πολλοῖς καὶ τοῦ πρέποντος (καὶ) οὐχ ὡς Ἡρόδοτος ἐφάπτεται τῶν προςώπων εὐτυχῶς, ἀλλ᾽ ἐν πολλοῖς ὀλίγωρός ἐστιν ἂν τις ὀρθῶς σκοπῇ.

Caput. V. Φίλιστος δὲ Θουκυδίδῃ μᾶλλον ἂν [2]) δόξειεν ἐοικέναι καὶ κατ᾽ ἐκεῖνον κοσμεῖσθαι τὸν χαρακτῆρα. Οὔτε [3]) γὰρ ὑπόθεσιν εἴληφε πολυωφελῆ καὶ κοινήν, ὥσπερ Θουκυδίδης· ἀλλὰ μίαν καὶ ταύτην τοπικήν· διῄρηκε δ᾽ αὐτὴν εἰς γραφὰς δύο, περὶ Σικελίας μὲν τὴν προτέραν ἐπιγράφων, περὶ Διονυσίου δὲ τὴν ὑστέραν. Ἔστι δὲ μία· καὶ τοῦτο γνοίης ἂν ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς Σικελικῆς. Τάξιν δ᾽ οὐ τὴν κρατίστην ἀποδέδωκε τοῖς δηλουμένοις, ἀλλὰ δυςπαρακολούθητον χεῖρον τῆς Θουκυδίδου. Καὶ πράγματ᾽ ἔξωθεν οὐ βούλεται παραλαμβάνειν ὥσπερ οὐδὲ Θουκυδίδης, ἀλλ᾽ ἔστιν ὁμοειδής. Ἦθός τε κολακικὸν καὶ φιλοτύραννον ἐμφαίνει καὶ ταπεινὸν καὶ μικρολόγον. Τῆς δὲ λέξεως, ᾗ Θουκυδίδης κέχρηται, τὸ μὲν σημειῶδες καὶ περίεργον πέφευγε, τὸ δὲ στρογγύλον καὶ πικρὸν καὶ ἐνθυμηματικὸν ἀπομέμακται. [4]) Τῆς μέντοι καλλιλογίας τῆς ἐκείνου καὶ τοῦ πλούτου τῶν ἐνθυμημάτων παρὰ [5]) πολὺ ὑστερεῖ· οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς σχηματισμούς. Ἡ μὲν γὰρ πλήρης σχημάτων καὶ οὐδὲν οἶμαι περὶ τῶν φανερῶν ἐπιπλέον δεῖν λέγειν, ἡ δὲ Φιλίστου φράσις ὁμοειδὴς πᾶσα δεινῶς καὶ ἀσχημάτιστός ἐστι, καὶ πολλὰς εὕροι τις ἂν περιόδους ὁμοίως ἐφεξῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ σχηματιζομένας, οἷον ἐν ἀρχῇ τῆς δευτέρας τῶν περὶ Σικελίας· „Συρακόσιοι δὲ παραλαβόντες Μεγαρεῖς καὶ Ἐνναίους, Καμαριναῖοι δὲ Σικελοὺς καὶ τοὺς ἄλλους συμμάχους πλὴν Γελῴων ἀθροίσαντες — Γελῷοι δὲ Συρακοσίοις οὐκ ἔφασαν πολεμήσειν — Συρακόσιοι δὲ πυνθανόμενοι Καμαριναίους

---

[1]) Vulgo βουληθείη soloece (H.).

[2]) Jure suo Herwerdenius addidit inuitis codicibus particulam ἄν.

[3]) Codicum scripturam οὔτε correxit H. in οὐ.

[4]) Codices: μέμικται, cfr. de vett. script. cens. p. 427.

[5]) Codices: κατὰ πολύ, mutavit Herwerdenius.

τὸν Ὑρμινὸν διαβάντας“ .... Ταῦτα δ᾽ ἀηδῆ πάνυ ὄντ᾽ ἐμοὶ φαίνεται. Μικρὸς δὲ περὶ πᾶσαν ἰδέαν ἐστὶ καὶ ἀτελής, ἐάν τε πολιορκίας διηγῆται, ἐάν τ᾽ οἰκισμούς, ἐάν τ᾽ ἐπαίνους, ἐάν τε ψόγους διαπορεύηται· ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς μεγέθεσι τῶν ἀνδρῶν συνεξισῶν τοὺς λόγους ψοφοδεῶς αὐτοὺς δημηγοροῦντας [1]) καὶ ἐλλείποντας τῆς κατὰ τὰς προαιρέσεις δυνάμεως ὁμοίως ἅπαντας ποιεῖ. Εὐστομίαν δέ τινα φυσικὴν εἰςφέρεται κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ σύνεσιν ἐπιτευκτικὴν τοῦ μετρίου. Πρὸς δὲ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐπιτηδειότερος Θουκυδίδου.

Cap. VI. Θεόπομπος δ᾽ ὁ [2]) Χῖος ἐπιφανέστατος πάντων τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν γενόμενος καὶ πολλοὺς μὲν πανηγυρικούς, πολλοὺς δὲ συμβουλευτικοὺς συνταξάμενος λόγους, ἐπιστολάς τε τὰς Χιακὰς [3]) ἐπιγραφομένας καὶ ὑποθήκας ἄλλας, λόγου δ᾽ ἀξίαν ἱστορίαν πεπραγματευμένος, ἄξιός ἐστιν ἐπαινεῖσθαι πρῶτον μὲν τῆς ὑποθέσεως τῶν ἱστοριῶν· καλαὶ γὰρ ἀμφότεραι, ἡ μὲν τὰ λοιπὰ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου περιέχουσα, ἡ δὲ τὰ Φιλίππῳ πεπραγμένα· ἔπειτα δὲ τῆς οἰκονομίας· ἀμφότεραι γάρ εἰσιν εὐπαρακολούθητοι καὶ σαφεῖς· μάλιστα δὲ τῆς ἐπιμελείας τε καὶ φιλοπονίας τῆς κατὰ τὴν συγγραφήν· δῆλος γάρ ἐστιν εἰ καὶ μηδὲν ἔγραψε [4]) πλείστην μὲν παρασκευὴν εἰς ταῦτα παρεσκευασμένος μεγίστας δὲ δαπάνας εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν τετελεκώς, καὶ πρὸς τούτοις πολλῶν μὲν αὐτόπτης γεγενημένος, πολλοῖς δ᾽ εἰς ὁμιλίαν ἐλθὼν [5]) ἀνδράσι τοῖς τότε πρωτεύουσι καὶ στρατηγοῖς καὶ δημαγωγοῖς τε καὶ φιλοσόφοις διὰ τὴν συγγραφήν· οὐ γὰρ ὥσπερ τινὲς πάρεργον τοῦ βίου τὴν ἀναγραφὴν τῆς ἱστορίας ἐποιήσατο, ἔργον δὲ τὸ πάντων ἀναγκαιότατον. Γνοίη δ᾽ ἄν τις αὐτοῦ τὸν πόνον ἐνθυμηθεὶς τὸ πολύμορφον τῆς γραφῆς. Καὶ γὰρ καὶ ἐθνῶν εἴρηκεν οἰκισμοὺς καὶ πόλεων

---

[1]) Codices habent: ἀλλὰ ψοφοδεεῖς καὶ τούς, correxit Herwerdenius; eundem secuti sumus in sequentibus, ubi codices habent: δημηγοροῦντας καταλείπειν τὰς δυνάμεις καὶ τὰς προαιρέσεις.

[2]) Articulum plane necessarium omittunt codices; vide Kruegerum.

[3]) Ambrosianus: Ἀρχαϊκάς, ceteri codices: Ἀχαϊκάς; scribendum videtur Χιακάς.

[4]) Herwerdenius: „Quid haec sibi veliut, non satis intelligo.“ At facile intelligi posse nobis videntur, subaudiendus est infinitivus: πλείστην παρασκευὴν παρεσκευάσθαι.

[5]) Herw. mavult ἐληλυθώς, quod non necessarium est.

κτίσεις ἐπελήλυθε, βασιλέων τε βίους καὶ τόπων [1]) ἰδιώματα δεδήλωκε, κεἴ τι θαυμαστὸν ἢ παράδοξον ἑκάστη γῆ καὶ θάλαττα φέρει, συμπεριείληφε τῇ πραγματείᾳ. Καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ ψυχαγωγίαν ταῦτ᾽ εἶναι μόνον· οὐ γὰρ οὕτως ἔχει· ἀλλὰ πᾶσαν ὡς ἔπος εἰπεῖν ὠφέλειαν περιέχει. [2])

Ἵνα δὲ πάντ᾽ ἀφῶ τἄλλα, τίς οὐχ ὁμολογήσει τοῖς ἀσκοῦσι [3]) τὴν φιλόσοφον ῥητορικὴν ἀναγκαῖον εἶναι, πολλὰ μὲν ἔθη καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων ἐκμαθεῖν πολλοὺς δὲ νόμους [ἀκοῦσαι] [4]) καὶ πολιτειῶν σχήματα καὶ βίους ἀνδρῶν καὶ πράξεις καὶ τέλη καὶ τύχας. Τούτων τοίνυν ἅπασαν ἀφθονίαν δέδωκεν οὐκ ἀπεσπασμένην τῶν πραγμάτων ἀλλὰ συμπαροῦσαν. Πάντα δὴ [5]) ταῦτα ζηλωτὰ τοῦ συγγραφέως, κἄτι πρὸς τούτοις ὅσα φιλοσοφεῖ παρ᾽ ὅλην τὴν ἱστορίαν, περὶ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς διεξερχόμενος λόγους. Τελευταῖόν ἐστι τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ χαρακτηριστικώτατον ὅπερ [6]) οὐδενὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων οὕτως ἀκριβῶς ἐξείργασται καὶ δυνατῶς, οὔτε τῶν πρεσβυτέρων οὔτε τῶν νεωτέρων· τί δὲ τοῦτ᾽ ἔστι; Τὸ καθ᾽ ἑκάστην πρᾶξιν μὴ μόνον τὰ φανερὰ τοῖς πολλοῖς ὁρᾶν καὶ λέγειν, ἀλλ᾽ ἐξετάζειν καὶ τὰς ἀφανεῖς αἰτίας τῶν πράξεων καὶ τῶν πραξάντων αὐτὰς [7]) τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἃ μὴ ῥάδια τοῖς πολλοῖς εἰδέναι· καὶ πάντ᾽ ἐκκαλύπτειν τὰ μυστήρια τῆς τε δοκούσης ἀρετῆς καὶ τῆς ἀγνοουμένης κακίας. Καί μοι δοκεῖ ὡς ὁ μυθευόμενος εἶναι τῶν ψυχῶν ἀπολυθεισῶν τοῦ σώματος ἐξετασμὸς ἐπὶ τῶν ἐκεῖ δικαστῶν, οὕτως ἀκριβὴς εἶναι ὁ διὰ τῆς Θεοπόμπου γραφῆς γιγνόμενος· διὸ καὶ βάσκανος ἔδοξεν εἶναι προςλαμβάνων τινὰ τοῖς ἀναγκαίοις ὀνειδισμοῖς κατὰ τῶν ἐνδόξων προςώπων οὐκ ἀναγκαῖα κατηγορήματα· [8]) ὅμοιόν τι ποιῶν τοῖς ἰατροῖς,

---

[1]) Scripsi pro codicum scriptura *τρόπων*, secutus Sylburgium, *τόπων*.

[2]) Ambrosianus: *περιέχει*, reliqui codices: *πᾶσιν — παρέχει*.

[3]) Codices habent: *ἀκούουσι*, correxit Reiskius.

[4]) *ἀκοῦσαι* melius deletur, quam mutatur in *ἀκριβῶσαι*, quod voluit Herwerdenius.

[5]) Vulgo *δέ*.

[6]) Pro codicum *ὃ παρ᾽ οὐδενὶ* Herwerdenius *ὅπερ*.

[7]) Codices: *αὐτὰς καὶ τὰ πάθη*.

[8]) Conjecit Kruegerus, codices: *πράγματα*.

οἳ τέμνουσι καὶ κάουσι τὰ διεφθαρμένα τοῦ σώματος, ἕως[1]) βάθους τὰ καυτήρια καὶ τὰς τομὰς φέροντες, οὐδὲ τῶν ὑγιαινόντων καὶ κατὰ φύσιν ἐχόντων στοχαζόμενοι. Τοιοῦτος μὲν δή τις ὁ πραγματικὸς Θεοπόμπου χαρακτήρ.

Ὁ δὲ λεκτικὸς Ἰσοκράτει μάλιστ' ἔοικε. Καθαρά τε[2]) γὰρ ἡ λέξις καὶ κοινὴ καὶ σαφὴς ὑψηλή τε καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ τὸ πομπικὸν ἔχουσα πολύ, συγκειμένη τε κατὰ τὴν μέσην ἁρμονίαν ἡδέως καὶ μαλακῶς ῥέουσα. Διαλλάττει δὲ τῆς Ἰσοκρατείου κατὰ τὴν πικρότητα καὶ τὸν τόνον ἐπ' ἐνίων, ὅταν ἐπιτρέψῃ τοῖς πάθεσι, μάλιστα δ' ὅταν ὀνειδίζῃ πόλεσιν ἢ στρατηγοῖς πονηρὰ βουλεύματα καὶ πράξεις ἀδίκους. Πολὺς γὰρ[3]) ἐν τούτοις καὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος οὐδὲ κατὰ μικρὸν διαφέρει, ὡς ἐξ ἄλλων πολλῶν ἄν τις ἴδοι κἀκ τῶν Χιακῶν ἐπιστολῶν ὡς τῷ . . . [4]) πνεύματι ἐπιτρέψας γέγραφεν. Εἰ δ' ὑπερεῖδεν ἐν τούτοις, ἐφ' οἷς μάλιστ' ἐσπούδακε, τῆς τε συμπλοκῆς τῶν φωνηέντων γραμμάτων καὶ τῆς κυκλικῆς εὐρυθμίας τῶν περιόδων καὶ τῆς ὁμοειδείας τῶν σχηματισμῶν, πολὺ ἀμείνων ἂν ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν φράσιν. Ἔστι δ' ἃ καὶ κατὰ τὸν πραγματικὸν τύπον[5]) ἁμαρτάνει καὶ μάλιστα κατὰ τὰς παρεκβολάς. Οὔτε γὰρ ἀναγκαῖαί τινες αὐτῶν οὔτ' ἐν καιρῷ γιγνόμεναι, πολὺ δὲ τὸ παιδιῶδες ἐμφαίνουσαι. Ἐν αἷς ἐστι καὶ τὰ περὶ Σειληνοῦ τοῦ φανέντος ἐν Μακεδονίᾳ καὶ τὰ περὶ τοῦ δράκοντος τοῦ διαναυμαχήσαντος πρὸς τὴν τριήρη, ἀλλ' οὐκ ὀλίγ' ὅμοια τούτοις. Οὗτοι δὴ παραληφθέντες οἱ συγγραφεῖς ἀρκέσουσι τοῖς ἀσκοῦσι τὸν πολιτικὸν λόγον ἀφορμὰς ἐπιτηδείους παραδειγμάτων παρασχεῖν εἰς ἅπασαν ἰδέαν. —

---

[1]) Ambrosianus ἕως βάθους, reliqui codices: ὡς βάθους.
[2]) τε unus habet Ambrosianus.
[3]) Herwerdenius conjecit, quod non opus est, ῥεῖ addendum esse.
[4]) Cod. Ambrosianus spatium vacuum reliquit novem fere litterarum (H.)
[5]) Codices: τόπον.

Ὑπὲρ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας.

Antequam ad commentationem de Thucydide aggressus est, scripserat Dionysius libellum ὑπὲρ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας, de Thucyd. c. II. p. 814: καὶ οὐδεμίαν ἐκδεδωκὼς γραφὴν ἐν ᾗ κατηγορῶ τινος ἔξω μιᾶς πραγματείας ἣν συνεταξάμην ὑπὲρ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας πρὸς τοὺς κατατρέχοντας αὐτῆς ἀδίκως. Quae fuerit Dionysio πολιτικῆς φιλοσοφίας notio, ipse saepius significavit: de Isocr. c. IV. p. 543, c. XII. p. 558, epist. ad Pomp. c. VI. p. 784. Quodcum rhetoricae primo loco adversati sint Epicurei, in eos maxime Dionysium invectum esse hoc libro denuo monet Blassius de script. rhet. p. 23, vidit jam Fabricius in biblioth. IV. p. 400. — Non intelligitur, quomodo fieri potuerit, ut Blassius inde, quod Dionysius in jud. de Thuc. illus libri ὑπὲρ τῆς πολ. φιλοσ. ut scripti et editi operis mentionem fecit, libellum paulo ante tractatum de Thuc. compositum editumque esse conjecerit; vide Blass. de script. p. 30.

Fragm. XXIII. Diog. Laert. X. n. 3, edit. Hübnerianae vol. II. p. 439 et seq.:

Διότιμος δὲ ὁ στωικὸς δυςμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν — Ἐπίκουρον — πικρότατ' αὐτὸν διαβέβληκεν, ἐπιστολὰς φέρων πεντήκοντα ἀσελγεῖς ὡς Ἐπικούρου καὶ τὰ εἰς Χρύσιππον ἀναφερόμενα ἐπιστόλια ὡς Ἐπικούρου συντάξας, ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ Ποσειδώνιον τὸν στωικὸν καὶ Νικόλαος καὶ Σωτίων ἐν τοῖς δώδεκα τῶν ἐπιγραφομένων Διοκλείων ἐλέγχων ἅ ἐστι περὶ τῆς κδ', καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς, καὶ γὰρ σὺν τῇ μητρὶ περιιόντ' αὐτὸν ἐς τὰ οἰκίδια καθαρμοὺς ἀναγινώσκειν καὶ σὺν τῷ πατρὶ γράμματα διδάσκειν λυπροῦ τινος μισθαρίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδελφῶν ἕνα προαγωγεύειν Λεοντίῳ τε συνεῖναι τῇ ἑταίρᾳ.

Τέχναι.

Fragm. XXIV. Maxim. Plan. W. rhett. gr. vol. V. p. 213: *Διονύσιος δ᾽ ὁ Ἁλικαρνασεύς (τὴν ῥητορικὴν ὡρίσατο) οὕτως· δύναμις τεχνικὴ πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ τέλος ἔχουσα τὸ πιθανῶς εἰπεῖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον.* [1])

Fragm. XXV. Georgius Pletho *συντομὴ τῆς ῥητορικῆς.* W. rhett. gr. vol. VI. p. 587 et seq.:

Ἑρμηνείας ἤτοι φράσεως λόγου τέσσαρες ἀρεταί, ἄνευ λέγω τῶν ἐσχηματισμένων καὶ αἰνιγματωδῶν λόγων καὶ τῶν κατὰ μίμησιν γεγραμμένων ἀσαφογράφων τινῶν ἢ μακρηγόρων· ἐν τούτοις γὰρ ἀρετὴ γίγνεται ἡ τοῦ λόγου κακία· αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ μᾶλλον δὲ τοῦ διδασκαλικοῦ καί ἱστορικοῦ καθεστήκασιν αἵδε· σαφήνεια συντομία πιθανότης μεγαλοπρέπεια, ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ Διονυσίῳ Φιλοστράτῳ Ἰαμβλίχῳ καὶ πᾶσι παλαιοῖς.

Tzetzes Chil. XII, v. 566:

Τέσσαρας λόγου ἀρετὰς λέγουσι πεφυκέναι ὁ Ἰσοκράτης ῥήτωρ τε αὐτὸς καὶ Ἀλκιδάμας ὁ Θεοδέκτης ἅμα τε καὶ Μινουκιανὸς δὲ σὺν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσόθεν Φιλόστρατος καὶ ἕτεροι μύριοι τῶν ῥητόρων σαφὲς μεγαλοπρέπειαν σύντομον πιθανόν τε μετὰ τῆς ὡραιότητος ῥητορικῶν σχημάτων Ἐμπεδοκλῆς πρὸ πάντων τε φιλόσοφος ὁ μέγας.

Περὶ σχημάτων.

Scripsisse Dionysium de figuris peculiarem libellum constat. Etenim Quintilianus inst. orator. lib. IX. 3, 89 habet haec: „Haec omnia (quae ad figuras pertinent) copiosius sunt executi qui non ut partem operis transcurrerunt sed proprie libros huic operi

[1]) Eandem Dionysii definitionem perhibent quattuor viri grammatici, praeterquam quod pro vocabulo *πιθανῶς* Doxopater VI, 17, Anonymus VII, 15. III, 611 habent *εὖ*, Matth. Camariot. VI, 601 habet *καλῶς*.

dedicaverunt, sicut Caecilius, Dionysius, Rutilius" et q. s. Audiendus testis est etiam Halicarnassensis, qui se illum librum scribere in animo habere dicit de Dem. c. XXXIX. p. 1072: *ἐξαριθμεῖσθαι δὲ νῦν ὅσα γένη σχηματισμῶν ἐστι τῶν τε κατωνομασμένων καὶ τῶν ἀκατονομάστων καὶ τίσιν αὐτῶν ἡ τοιαύτη μάλιστα πέφυκεν ἁρμονία χαίρειν, οὐκ ἔχω καιρόν.* Alia ejusdem auctoris verba quae sunt in libr. de compos. cap. VIII. p. 46: *πολλοὶ δὲ δήπου σχηματισμοὶ καὶ τῆς λέξεώς εἰσιν ὥσπερ καὶ τῆς διανοίας,* haec, dico, ostendunt Dionysium sollemnem aequalium divisionem in eo libro servasse, quam secutos esse notum est Caecilium, Phoebammonem, Tiberium. Suadet autem Dionysius figurarum usum quendam mediocrem in tractatu: *περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων ια´* p. 385 R. Figurae autem quas Dionysius nonnullis servatorum scriptorum locis commemorat hae sunt:

Σχήματα λέξεως.

Ἀντίθεσις: ad Amm. II. c. 2 p. 792, c. 17 p. 808, de Thuc. c. 24 p. 869, de Dem. c. 25 p. 1033, c. 40 p. 1078 — exempla ejus figurae: de Isocr. c. 14 p. 562 et seq.

Παρίσωσις: de compos. c. 22 p. 148, ad Amm. II. c. 2 p. 792, c. 6 p. 808, de Dem. c. 40 p. 1078. — de Isocr. c. 14 p. 561 et seq.

Παρομοίωσις: de comp. c. 22 p. 149, c. 23 p. 185, ad Amm. II. p. 792, c. 17 p. 808, de Dem. c. 40 p. 1078.

Παρωνομασία: ad Amm. II. c. 2 p. 792, de Dem. c. 40 p. 1078.

Ἐπαναφορά, Ἀντιστροφή, Ἀναστροφή: de Dem. c. 40 p. 1078.

Σχήματα διανοίας.

Προσωποποιία: de Thuc. c. 37 p. 906. *Διαπόρησις*: de compos. c. 8 p. 46. *Πλεονασμός*: de Dem. c. 50 p. 1106.

Ceterum distinguit ab his verborum et sententiarum figuris id quod debuit *ἰδέας τροπικάς* vel *τρόπους*, cfr. de Thuc. c. 5 p. 966, de Dem. c. 48 p. 1103, de Lys. c. 3 p. 457. Quos nominavit Dionysius sunt tropi hi:

Μεταφορά: de comp. c. 3 p. 25, de Dem. c. 5. p. 966.

Ἀλληγορία: de Dem. c. 5 p. 966.

Περίφρασις: de Thuc. c. 31 p. 891, c. 46 p. 929.

Μετωνυμία: de Dem. c. 5 p. 966.

Ὑπέρβατον: de Thuc. c. 31 p. 891.

Ὑπαλλαγή, Κατάχρησις: de Comp. c. 3 p. 25.

Sed aliud etiam *περὶ ἰδεῶν* sive *σχημάτων* opus Dionysii videntur indicare: Schol. Arist. III. 373: *Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς λέγει ὅτι λβ΄ εἰσὶ σχήματα τοῦ λόγου ὧν ἕν ἐστι τὸ τοῦ δρόμου.* Tzetzes Cram. anecd. Oxon. IV. 126, 6: *πρὸ Ἑρμογένους ἔγραψαν καὶ ἄλλοι γὰρ ἰδέας, αὐτὸς ὁ Διονύσιος σὺν ᾧ καὶ Βασιλίσκος.* Joann. Siciliot. VI. p. 95: *καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς καὶ Σμυρναῖος ὁ Ἀριστείδης περὶ ἰδεῶν τι καὶ τέχνης γράψαντες· βάτα κάρας, ἡ παροιμία φησίν.* Apparet hoc loco cogitari non posse nisi de eis figuris quas tractavit Hermogenes in libro *περὶ ἰδεῶν*, cfr. Walz rhett. gr. III. p. 189, quas breviter nominaverim *μέρη τῆς δεινότητος*, sicuti *σαφήνειαν, καθαρότητα κτλ.* At tantum abest ut Dionysius Halicarnassensis hanc *ἰδέας* notionem noverit,[1]) ut ejusmodi idearum doctrina aperte pugnet cum illa quam de *χαρακτῆρσι* quattuor eum statuisse scimus. Accedit, quod Hermogenes disertis verbis sese primum inter omnes talia docere dicit. W. rhett. gr. III. 192: *οὐδὲ γάρ ἐστιν ὅστις πρὸ ἡμῶν ὅσα ἐμὲ γινώσκειν εἰς τήνδε ἡμέραν ἀκριβές τι περὶ τούτων πραγματευσάμενος φαίνεται.* Utut verba Tzetzae, Joannis Siciliotae, scholiastae interpretanda sunt, hoc constat Dionysium in Hermogenis modum de ideis scripsisse libellum nullum.

---

[1]) *ἰδέαι λόγων* = genera orationum: deliberativum judiciale demonstrativum de Lys. c. 1. p. 455 R , de Dem. c. IV, p. 962.

ἰδέαι τροπικαί = tropi: de Lys. c. 3. p. 457 R.

ἰδέαι πραγμάτων = exordium, narratio, demonstratio et peroratio de Lys. c. 9. p. 470, c. 17. p. 489 R.

ἰδέα = *χαρακτὴρ λέξεως* de Dem. c. 8. p. 975.

ἰδέα = *θεωρία* de compos. c. 5. p. 38.

ἰδέα = idea (Platonica) de Thuc. c. 3. p. 815 R.

VITA.

Ego, Theodorus Roessler, natus sum die XXX. mensis Julii anni MDCCCXLVIII. Mitweidæ oppido Saxoniae patre, qui cum gaudio nostro etiamnunc vivit, Carolo Theophilo pastore apud Gersdorfenses, matre Laura ab gente Witscheliana. Fide imbutus evangelica et primum a patre institutus deinde a praeceptore etiamnunc mihi carissimo, Theodoro Schulze, qui nunc est pastor apud Auerbachenses in vicinitate Cygneae, auctumno anni MDCCCLXIII. erudiendi causa illustri apud Grimam Moldano mandatus sum. Absoluto quinquennio, ductus non minus meo ipsius animo quam studiis et auctoritate eorum virorum quibus tum praeceptoribus usus gratias plurimas debeo, Rudolfi Dietschii, Hermanni Frohbergeri, ut philologiae operam darem Lipsiensem litterarum universitatem adii. Interfui scholis Curtii, Klotzii, Langii, Lipsii, Ritschelii philologicis, Ahrensii, Drobischii, Fechneri, Frickii, Seydelii philosophicis, Ecksteinii paedagogicis, Voigtii historicis. Socius fui per semestria tria societatis latinae Klotzii quem virum egregium nobis praematura morte ereptum esse sincero animo dolemus. Benevolentia Ritschelii factum est, ut proximi anni autumno societatis philol. Lipsiensis fierem socius ordinarius. Langius eodem tempore permisit, ut interessem exercitationibus ad romanas antiquitates spectantibus. Societatis, quae auspiciis J. H. Lipsii graecas antiquitates sibi tractandas proposuit, post mortem Klotzii sodalis fui ad hoc usque tempus per semestria quinque. Lipsio viro mihi carissimo praecipue beneficiis me obstrictum esse libenter fateor; sed ceteris omnibus qui me instituerunt viris gratias quam maximas et nunc ago et habebo semper.